

tremi : immo necesse est illa, quia si transiret per tale medium continere transfire, & non instantaneum. Sed de extremis distantibus habentibus medium distinctum ab extremis ei dubitatur. Patet quidem ex questione precedente, quod non potest se facere in extremitate distantie mutatione includente totam realitatem motus. Sed nuncpotest facere se in extremitate distantie mutatione praeceps includente realitatem termini motus? ita quod in aliquo rato tempore sit in A. ubi: & in instanti illius temporis praeceps sit in B. ubi: ita quod B. ubi, sit distans ab A. ubi per aliquod medium, in quo medio mutantur fuit, nec in tempore, nec in instanti? Videtur probabilitas, quod non: quia ordo praefixus a superiori agente videtur esse necessarium, cuiuscunque agenti inferiori, quando habet actionem praeceps circa talia ordinata. Exemplum, ordo formarum naturalium secundummodum sibi in generatione naturali determinatus est ab intellectu naturali, & ideo respetu cuiuscunque agentis naturalis est necessarius: ita quod nullum agens naturale potest facere immediate actionem ex uno: ergo cum a Deo sit praefixus ordo patrum principaliatum universi cuiuslibet agenti creatus, & virtuti creatae (a); videtur sitio eorum est necessarius, quando debet agere circa illa, quorum est talis ordo: igitur Angelus quando moveat se per corpora, quorum est talis ordo, non potest absque omni ordine de quoconque ubi facere se in quoconque ubi immediate. Tunc enim nulla distantia videtur impedit distinzione eius.

Et si obijicias, quod illa ratio concludit contra illud membrum de modis, que sunt aliqui extremorum: dico quod non, quia petrificando ab uno ubi immediate ad aliud ubi in instanti, habet omnia illa ubi, ordine quodam naturae, inter quod est ordo potentialium ex natura rei: sed non opotest, quod habeat ex ordine durationis. Si autem transiret a distante in distans abhinc ordine omnimodo, tunc nec ordine naturae, nec durationis haberet illa, quorum est ordo naturalis, circa quem tam operatur prelupponens necessario ordinem eorum.

Ad primum argumentum dico, quod malus Angelus potest inordinare velle: nec auctor quod possit illud, quod sic vult. Bonus tamen ordinare vult, & ita si voluntatis esse in aliquo ubi, non tamen vult, quod potentia propria sit ibi, quia hoc est inordinate velle, si talis potestitia sibi non conveniat: sed vult, quod potentia Dei statim sit ibi, & verisimile est, quod Deus condescendat voluntati eius, si talis sit, ut faciat cum in alii ubi, nunquam autem potentia propria potest alibi esse, nisi eo modo, quo convenit suae potentiae. Ad secundum dico, quod Corpus Christi potentia infinita sit praeceps, in altari, de quo in 4. lib. ista autem potentia quodcumque medium inter extrema (b) potest habere pro non medi, & ordinem pro non ordine: quia est supra illum ordinem praesagens illum, & non habens illum pro praefixo: non sic virtus Angelii limitatur.

ta. Ex illo apparet ad illud de sensu, & sensato, quod prætermisum fuit in quest. de mosu Angelii (a) Non enim est inconveniens aliquam alterationem totam esse simul, quando scilicet agens respicit totum pulsum tamquam terminum indivisibiliter, & formam secundum ultimum gradum, secundum quem ipsam totam inducit etiam quam indivisibilem; tunc mutatione indivisibili inducit forma perfecte in puto divisibili: sed secundum talern formam non est motus, sed tantum mutatione, vel forte plures habita, at ordine durationis, aut naturae, sicut ipso dicit ibi, quod si magnum fuerit habitum ab habito patitur. Quod potest intelligi dupliciter. Uno modo, quod pars posterior a parte priori prius naturaliter perfecta pertinet naturaliter posterius, ita tamen quod sit tantum ordo naturae inter mutationem prioris partis, & posterioris. Alio modo, quod sit ordo durationis, puta quod pars posterior moveret successione a parte priori, & tamen pars prior mutata est praeceps ab ipso agente extrinseco. Ita secundus modus videtur improbabilior, nisi ponatur patrem priorem transmutarem, esse perfectioram transmutantem ipsam: & ita non potest subito transmutare, sicut ipsa transmutata subito ab agente extrinseco. Dicit ergo ibi Philoponus, quod non est ita multiplicatio, sicut in lumine: quia multiplicatio fori, que sit cum motu locali, necessario est successiva: non sic illa multiplicatio luminis, & ita non repugnat similitudine ratione alteracionis, sicut ratione loci mutationis: & hoc comparando ad virtutem naturalem. Sed tamen nunquam est in alteracionibus, que sunt motus, prima mutatione, sicut nec in loci mutationibus: quia ubi est mutatione instantanea, ibi illa non est mutationis motus, nec etiam universaliter, ubi motus sequitur, si est dare immutationem, que est terminus quietis precedentis, ubi autem quietem sequitur mutatione immediate propter perfectionem virtutis ipsius agentis, ibi non est immutatio terminans quietem precedentem.

ECCE OSTE N S U M , &c.

DISTIN. TERTIA.

C itea distinctionem tertiam: quarto primo de distinctione personali in Angelis, & ad videndum de ista distinctione in eis, primo querendum de distinctione individuali in substantiis materialibus, de qua sicut diversi diversimode dicunt: ita consequenter dicunt de pluralitate individuum in eadem specie Angelica, & enam de innumerabilitate, & ut videatur de diversis opinioneis distincte, quod queruntur de distinctione, vel indistinctione substantiarum materialium, quanto ligillatim de diversis modis ponendi. Quæratur ergo primo:

QUESTIO PRIMA.

Urum materialis substantia ex se, sive ex natura sua sit
individualis, vel singularis.

Videntur quod sic. Philos. & Metaphysic. contra Platonem, propter quod (a) substantia enjucunque rei est propria illi, cuius est: & non in aliis: igitur substantia materialis ex natura, circunscripto omni alio, est propria ei, cui inest, ita quod ex natura sua non potest in esse aliis: ergo ex natura sua est individualis. Contra, quidquid in est alii ex natura sua non est in eo, neque in quoconque: igitur si natura lapidis de se est natura, in quoconque est lapidis natura; ita natura est hic lapis: consequens est inconveniens, loquendo de singularitate determinata, de qua est questione. Præterea, cui de se convenit unum oppositum: et de se repugnat aliud oppotuit: igitur si natura de se sit una numero, ex se repugnat ei multitudine numeris.

Hic dicitur: quod sicut natura ex se formaliter est natura: ita ex se est singularis, ita quod non potest querere aliam causam singularitatis a causa nativitate, quia natura prius tempore, & vel natura, & natura: (b) antequam sit singularis, & tunc per aliquod adventus contrahatur, ut sit singularis, quod probatur per simile: quia si est natura habet ex se verum esse extra animalia nisi autem habet esse in anima nisi ab alio: id est, ab animali anima: & ratio est, quia esse verum convenit ei simpliciter, esse autem in anima est esse ejus secundum quid: ita universalitas non convenit ei, nisi secundum quid habet esse secundum quid: scilicet in anima: singularitatis autem convenit rei secundum verum esse: & ita ex se, & simpliciter: est ergo querenda causa, quare natura est universalis, & dandus est intellectus pro causa: non autem querenda est aliqua causa, quare natura est singularis alia a natura eius, medians inter ipsum: & singularitatem eius: sed que sunt causa unitatis rei, sunt & causa singularitatis rei: igitur: &c.

Contra istud arguitur sic: objectum inquantum objectum est prius naturaliter ipso actu: & in illo priori: per te, objectum est de se singularis, quia hoc semper convenit natura non i accepto secundum quid: sive secundum esse, quod habet in anima: igitur intelligimus illud objectum sub ratione universalis, intelligere ipsum sub ratione opposita sua rationi, nam ut præcedat actum, determinatur ex se ad oppositum: illius tunc non.

Præterea, cuiusunque unitas realis proprietas, & sufficiens est minor unitate numerali, illud non est de se cum unitate numericali, sive non est de se hoc: sed natura lapidis existens in isto lapide, unitas

Questio Prima.

est propria realis, sive sufficiens, est minor unitate numerali: ergo, &c. Major de se pater, quia nihil est de se unius unitate majori unitate habi sufficiens: natus si proprius unitas, quae deberet aliui, de se sit minor unitate numerali, unita numeralis non convenit sibi ex natura: & secundum se: aliter præcisus ex natura sua habebet maiorem, & missam unitatem, quae circa idem, & secundum idem sunt opposita: quia cum unitate minori, non contradictioneflare potest multitudine opposita majori unitati, quae multitudine non potestflare cum unitate majori: quia sibi repugnat: igitur, &c. Probario minoris, quia si nulla est unitas realis naturæ minor singularitate, sed omnis unitas alia ab unitate singulari, est unitas rationis tantum: igitur nulla est unitas realis minor unitate numerali, consequens est falsum; quod probó quoniam: vel sex vires ergo, &c. Prima via est talis secundum Philosophum 16. Metaph. (a) in omni genere est unum primatum, quod est maximum, & mensura omnium: quae sunt illius generis, ita unitas est realis: quia Philosophus probat, quod uni convenit prima ratio mensura: & declarat per ordinem, quomodo illud est unum: cui convenit ratio mensurandi in omni genere: ita autem unitas est aliusquis inquantum primum in genere: ergo est realis, quia mensurata sunt realia: & realiter mensurata, ens autem reale non potest resistere mensurari ab ente rationis: igitur unitas prius est realis. Ita autem unitas non est unitas singularis, & vel numeralis: quia nullum est singularis in genere, quod sit mensura omnium illorum, quia sunt illi genere: Nam secundum Philosophum, & Metaph. in individuis eiusdem speciei (b) non est hoc prius: illud posterior, quod prius, licet Commentator exponat de priori constitutive posterius: tamen nihil ad hoc quia Philosophus intendit ibi assignare rationem quare Plato posuit rationem speciei separatam, & non generis: quia in speciebus est ordo essentialis, propter quod posterior potest reduci ad prius: & idem secundum eum non potest ponere ideam generis, per cuius participationem species sunt illud, quod sunt: sed ideam speciei, ad quam omnes aliae reducuntur: sed in individuali, secundum Platonem, & secundum Philosophum, certantur, non est talis ordo: igitur, &c. Est ergo intentio Philosophi ibi (in quo concordat cum Platone) quod in individuali eiusdem speciei non est ordo essentialis: nullum ergo individuali est per se mensura eorum, quae sunt in specie sua: igitur nec unitas individualis, nec numeralis. Præterea secundo probabo, quod idem consequens est falsum: quia secundum Philosophum 7. Physicorum, (c) in specie anima fit comparatio: quia est una natura, non autem in genere, quia genus non habet talam unitatem: ita vero unitas non est unitas rationis, quia conceptus generis est ita unus apud incommunem: sicut conceptus speciei: alioquin nullus conceptus diceretur in quid de multis speciebus, & ita nullus conceptus est genus, si tot essent conceptus idem, de speciebus, & quorundam

a. Tex. 45. b. F. Adam l. 1; dist. 33. q. 8. art. 7. hac via sequitur
& Var. Ockham. l. 1. d. p. 1. T. quod. 5. q. 12. T. 13.

a. Text. 2. b. Tex. 12. c. Tex. 29. q. 1. ins.

conceptus specierum : quia tunc in singulis praedicatiis idem praedicitur de se. Similiter unitas conceptus , vel non conceptus , nihil ad intentionem Philosophi ibi , scilicet ad comparationem , vel non : ergo Philosophus intendit naturam specificam ibi esse unam unitate naturae specificam : non autem intendit ipsam sic esse unam unitatem universalis : quia in unitate numerali : non sit comparatio : igitur , &c.

Item tertio , secundum Philosophum (a) . Metaphys. cap. de Ad aliquid . Idem , simile , & aequalia fundantur super unum , ita quod licet similitudine habeat pro fundamento rem de genere Qualitatis relatione tamen non est realis , nisi habeat fundamentum reale , & rationem proximam fundandi realem : ergo unitas ; que requiriunt in fundamento similitudinis relationes est realis : non autem est numeralis , quia nihil unum & idem est simile , & aequalia sibi ipsi . Praterter (b) quatuor : unitis oppositionis realis sunt duo extrema realia : contraria et oppositio realis , quod patet ; quia et alter unum defrui , & corruptum aliud , circumscripto omni opere intellectus ; & non nisi quia sunt contraria , ititur utrumque primum extrellum istius oppositionis realis (ut est extrellum) est unum aliqua unitate reali , non autem unitate numerali ; quia tunc praeclara hoc album est primum contrarium hinc nigro , vel praeclara aliud album , quod est inconveniens : quia tunc essent tota contrarietas primae , quae dividenda contraria : igitur , &c. Praterter quinto , unius actionis sensu est unum obiectum secundum aliquam unitatem realem , sed non numeralem : ergo est aliquid alia unitas realis ; quam unitas numeralis . Probatio minoris , quia potentia cognoscens obiectum sicut inquantum scilicet hac unitate unum , cognoscit ipsum inquantum distinctum a qualibet , quod non est hac unitate unum : sed sensus non cognoscit obiectum inquantum est distinctum a qualibet : quod non est unum ita unitate numerali ; quod patet , quia nullus sensus distinguit hunc radium Solis differere numeraliter ab illo radio , cum tamen sint diversi per motu Solis , si circumscribant omnia sensibilia communia , pura diversitas loci , vel situs , & si ponentur duo quanta simul omnino per potest am divinata quae essent omnino similia , & aequalia in albedine , & quantitate ; visus non distinguere ibi esse duo alba , si tamen cognosceret alterum illorum , inquantum est unum unitate numerali , cognosceret ipsum inquantum distinctum numerali a qualibet alio . Posset etiam iusta hoc argui de primo objecto sensus , quod est unitus in se aliqua unitate reali , qui sic est obiectum huius potentiae inquantum obiectum , praeceedit intellectum : ita etiam secundum unitatem suam realem praeceedit omnem actionem intellectus . Sed ista ratio non ira conclusit sicut precedens . Posset enim ponи aliquod primum obiectum ; ut est adaequatum potentiae , et aliquod commune alterum ab omnibus obiectis particularibus : et ita non habere unitatem nisi conunitarunt ad ista plura obiecta .

ita particularia ; sed de uno objecto unius actus sentiendi , non videtur vere posse negari , quin necessario haberet unitatem realem , & minorem unitatem numericalē .

Item sexto , quia si omnis unitas realis est numeralis ; ergo omnis diversitas numeralis inquantum numeralis est aequalis , & ita omnia essent aequalia . & tunc sequitur , quod non plus potest intellectus abstrahere a Sorte , & Platonice aliquod commune , quam a Sorte , & linea , & ceteris quodlibet universale putum signum . Prima consequentia probatur dupliciter . Primo , quod unum , & multa , idem & diversum (a) sunt opposita . Metaphys. toutes autem dicunt unum oppositum , quoties , & reliquam , ex primo . Iepi . ergo cuilibet un tali correspondet sua propria diversitas . Praterter secundo probatur idem , quia cujuslibet diversitatis utrumque extremum est in unum ; & eodem modo , quo est unum in se , eodem modo videtur diversum a reliquo extremito , ita quod unitas extremitatis poterit per te ratio diversitatis alterius extremitatis . Confirmatur aliter , quia si tantum est in hac te unitas realis numeralis , quoniam enim est in se , illa est ex se una numero ; ergo istud ; & illud secundum omnem unitatem in eis , sunt primo diversa , & in nullo aliquo modo convenientia . Confirmatur etiam per hoc , quia diversitas numeralis est hoc singulare non esse illud singulare , supposita tamen unitate utriusque extremitatis ; sed talis unitas est necessario alterius extremitatis . Item septimo , nullo existente intellectu ignis cauferat , & corruptio aquam , & cetera aliquae unitas realis generant ad genitum secundum formam , propter quam generatio est in uocata , intellectus enim considerans , non facit generationem esse invocab . sed cognoscit eam esse invocab .

Ad questionem igitur contendo concludendum istarum rationum , & dico , quod substantia materialis ex natura sua non est de se haec : quia tunc sicut deducit prima ratio , non potest intellectus intelligere ipsum sub opposito , nisi intellegenter obiectum suum sub ratione intelligendi repugnante rationi tali obiecti ; sicut etiam deducit secunda ratio cum his probatioibus omnibus , aliqua est unitas in re reali aliquaque omni operatione intellectus , minor unitate numerali , sive unitate proprii singularis , que unitas est natura secundum se ; & secundum illam unitatem propriam natura , ut natura est ; natura est indistincta ad unitatem singularitatem : non ergo de se est una unitate illa , scilicet unitate singularitatis . Qualiter autem potest hoc intelligi , potest aliquantum videri per dictum Avicen . 5. Metaphys. ubi vult , quod equum est tantum equum : nec ex se una , nec plures , nec universalis , nec particularis (b) . Intelligo , non est ex se una , unitate numerali ; nec plures , pluralitas opposita illi unitatis ; nec universalis aliud , eo modo , quo aliquid est universale factum ab intellectu , non est obiectum intellectus : nec est particularis de se .

Licet enim nunquam sic resisteret sine aliquo motu; non tamen est de se aliquod idem, sed et prius naturaliter omnibus illis; & secundum illam prioritatem naturalem est quod quid est, & per se obiectum intellectus; & per se sic, consideratur a Metaph. & experimente per distinctionem; & propositiones vere primo modo sunt vera ratione quidditatim sic accepte, quia nihil dicitur de quidditate per se primo modo, nisi quod includitur in essentialiter, in quantum ipsa abstractantur ab omnibus illis, que sunt posteriora ipsa naturaliter. Non ictum autem ipsa natura est de se indifferens ad esse in intellectu, & in particulari, ac per hoc ad esse universale, & singulare: sed & ipsa habens esse in intellectu, non habet primo ex se universalitatem. Licer enim ipsa intelligitur sub universalitate, ut sub modo intelligendi ipsum: tamen universalitas non est pars conceptus eius primi: quia non conceptus Metaphysici, sed Logici. Logicus enim considerat secundas intentiones applicatas primis, secundum ipsum. Avic. prima ergo intellectio est natura, ut ei non cointellegitur aliquis modus, neque qui est ejus in intellectu, neque qui est ejus extra intellectum: lices illius intellecti modus intelligentiae ex universalitate, sed non modus intellectus; & sicut secundum illud esse, non est natura ex se universale, sed quia universalitas accedit illi natura secundum primam rationem eius, secundum quam est objectum: ita etiam in re extra, ubi natura est cum singularitate, non est natura illa de determinata ad singularitatem: sed est prior naturaliter illa ratione contrahente ipsam ad singularitatem illam; & in quantum est prior naturaliter ipso contrahente, non repugnat sibi esse sine illo contrahente, & sicut objectum in intellectu secundum illam entitatem eius, & univerisitatem habet vere esse intellegibile: ita etiam rerum natura secundum illam entitatem, habet verum esse extra animam reale: & secundum illam entitatem habet unitatem sibi proportionabilem, quia est iudicatur ad singularitatem, ita quod non repugnat illi unitate de se, quod eam quacunque unitate singularitatis contrahere. Hoc ergo modo intelligitur naturam habere unitatem realem minorem unitate numerali, & licet non habeat eam de se, ita quod sit intra rationem naturae, quia equinatus est tantum equinatus, secundus Avicen. s. Metaphysic. tamen illa unitas est passio proprie naturae secundum hanc entitatem primam: & per consequens nec est ex se habet intrane, nec secundum entitatem propriam necessario inclusum in ipsa natura secundum primam entitatem suam.

Sed contra istud videntur esse duas objectiones, una, quia videtur ponere universale esse aliquid reale in re, quod est contra Commentarium 1. de Anima. Commento 8. qui dicit, quod intellectus facit universalitatem in rebus, ita quod non existit nisi per ipsum: & sic sit ens tantum rationis. Probatio consequens: nam illa natura, secundum quod est in isto lapide, prior ratione naturaliter singularitate lapidis, est ex dictis indifferens ad hoc singulare, & ad illud. Praeterea Damasc. c. 8. Operari, inquit, fore, quod aliud

est re considerare, & alias ratione, & cogitatione: igitur in omnibus creaturis hypothesis quidem divisio re consideratur; communitas autem, & copulatio intellectu consideratur. Intellegimus enim intellectus, quoniam Perrus, & Paulus unius sunt natura, & communem habent naturam, neque enim haec hypothesis in se invicem sunt, seorsum enim unaqueque, & secundum partem, id est secundum se ipsam separata. Et post. In incrementis vero, & superfluentiis, & incomprehensibili Trinitate, est & conuersio illuc enim communis quidem, & unus re consideratur, cognitione vero est divisum. Ad primum dico, quod universale in actu est illud, quod habet unitatem indifferensem, secundum quam ipsum idem est in potentia proxima, ut dicatur de quolibet supposito: quia primo Posteriorum, universale est; quod est unum in multis, & de multis, (a) nihil enim secundum qualibet unitatem in re est tale, quod secundum ipsam unitatem qualibet proclamat sit in potentia proxima ad quolibet suppositum, ut dicatur de quolibet supposito predicatione dicente, hoc est hoc quia licet aliqui existenti in re non repugnet esse in alia singularitate ab illa, in qua est: non tamen illud vere dicere de quilibet inferiori, quod quodlibet est ipsum: hoc est enim solum possibile de objecto eodem indifferente alicui considerato ab intellectu, quod quidem in intellectum habet unitatem etiam numeralem objecti, secundum quam ipsum idem est predeabile de omni singulari dicendo, quod hoc est hoc. Ex hoc apparet imprimitio illius dicti, quod intellectus agens facit universalitatem in rebus, per hoc, quod denudat ipsum quod quid est inphantasmate existentiam ubiqueque est, ante Juanum in intellectu possibiliter habebit esse obiectum, five in re, five inphantasmate, five habebit esse certum, five dicendum per rationem, & si sit non per aliquid lumen, sed semper sit talis natura ex se, non repugnat illi in alio non tam est tale, cui potentia proxima convenit dici de quilibet, sed tantum est in potentia proxima, ut est in intellectu possibili: et ergo in re communis, quod non est de hoc, & per consequens ei de se non repugnat esse non hoc: sed tale communis non est universale in actu, quia deficit ei illa differentia, secundum quam complectit universale est universale, secundum quam, scilicet ipsum idem aliqua identitate est praedicabile de quilibet individuo, ita quod quodlibet sit ipsum. Nota differentiam iuxta communis in divinis, & in creaturis. Ad secundam instantiam de Damasc. dico, quod eo modo, quo in divinis communis est unum reale, & eodem modo communis in creaturis non est unum reale. Ibi enim communis est singularis, & individuum quia ipsa natura divina de se est haec: eodem modo manifestum est, quod nullum universale in creaturis est realiter unum, hoc enim ponendo, esset ponere, quod aliquis natura creata non divisa, predicatur de multis individuis predicatione dicente hoc est hoc; sicut dicitur Pater est Deus, & Filius est idem Deus. Tamen in creaturis est aliquod commune

quoniam unitate reali minori unitate numerali; & illud quidem commune non est ita commune, quod sit predicable de multis, licet si ita commune, quod non repugnat sibi esse in alio, quam in eo, in quo est. Dupliciter igitur patet quomodo auctoritas non est contra me, Primo, quia loquitur de unitate singularitatis in divinis; & hoc modo non solum universale creatum non est unum, sed nec commune in creaturis. Secundo, quia loquitur de communis predicabili, non praecise de communi; quod determinatum est de facto, licet non repugnat sibi esse in alio, quale communis praecise potest nisi in creatura realizetur. Et per hoc patet ad argumentum principale, quia Philosophus improbat illam actionem, quam imponit Platonis, quod seculis non posse hic hominem per te existere, qui ponitur idea, per se esse universale omni homini: quia omnis substantia per se existens est propria ei, cuius est, hoc est, vel ex ipsa, vel est proprius per aliquod contrahens facta propria, quo contrahente posito non potest inesse alteri, licet non repugnat ei exesse inesse alii. Ita etiam gloria vera est, loquendo de substantia secundum quod sumitur pro natura; & tunc sequitur, quod idea non est substantia Sotris: quia nec natura Sotris, quia nec ex se propria, nec appropriata Sotris, ut sit causum in eo, sed etiam in alio secundum ipsum. Si autem decipiatur substantia pro substantia prima, tunc verius est, quod quilibet substantia est ex se propria illi, cuius est, & tunc multo magis sequitur, quod illa idea, quae ponitur substantia per se existens isto modo, non possit esse substantia Sotris, vel Platonis: sed primum membrum ad propositionem sufficit. Ad confirmationem opinionis, qui non ita se habet communias, & singularitas ad naturam sicut est in intellectu, & est verum extra animam; quia communias convenient natura extra intellectum, & similiter singularitas: & communias convenit ex se natura, singularitas autem convenient naturae per aliquid in re contrahens ipsum: sed universalitas non convenit rei ex se; & ideo concido, quod querenda est causa universalitatis, non tamen querenda est causa communias alia ab ipsa natura, & postea communicata in ipsa natura secundum proprietatem extitentem, & unitatem, necessario oportet querere causam singularitatis, que superad aliud illi naturae cuius est.

QUÆSTIO SECUNDA.

*Vixit substantia materialis per aliquia positivum
intrinsecum fit de se individualis.*

Quod non, quia unus non dicit, nisi privationem divisionis in se, & privationem identitatis ad aliud: igitur cum singularitas, vel individualitas non dicat nisi duplice negationem, non oportet eius causam positivam querere, sed sufficit negatio. Prima proposicio probatur, quia si unus diceret rationem positivam, non diceret plus eandem, quam dicit ens. Tunc enim esset magno dicendo,

Quæstio Secunda.

ens unum, nec aliam rationem dicit, quia tunc in quoconque ente esset entitas addita entitati, quod est inconveniens. (a) Contra, prima substantia per se generatur, Metaph., & per se operatur. Primo Metaph., & ex hoc distinguuntur a secunda, cui neutrum convenit per se primo: ergo illa convenient: prima substantia per illud, quod addit supra secundam substantiam, non autem convenient: ita alii cui formulariter per negationem: ergo prima substantia non addit tantum negationem, sicut secundam.

Hic dicitur, quod non individualiter (b) per aliquod positivum, quia illud esset materia vel forma, vel aliquid consequens materiaem, vel formam: & hoc vel est absolute, vel respectivum, non per materialiter, ut post ostendetur: nec per locutam, quia quarum de forma, & per quid individualiter: quia nec ex se ipsa, sicut nec natura, de qua dictum est supra. Quarum ergo per quid, & ulterius de illo alio, & sic in infinitum: nec potest dari aliquid consequens absolutum: quia quarum de illo eodem modo: & nec per respectivum, quia respectus presupponit fundamentaliter, & sic non individualiter ipsum: ergo negatio est ratio, unde ponit Henricus duplitem negationem esse, vide in quodlibet 5. quæst. 8.

Contra ita: primo expono intellectum questionum motarum de ista materia, non enim quarto, quia natura est singularis, vel individualis: ita significare intentionem secundam: quia tunc intentione secunda formaliter esset natura singularis, & effective ad intellectum causam illam intentionem secundam, conseruent scilicet hanc naturam ad naturam, sicut subiectibile ad predicable. Nec etiam queritur de unitate numerali reali, quia formaliter parvus est sic via: nam unitate numerali reali est res formaliter una, hinc illa unitas convertatur cum ente, five sit de genere Quantitatis, five dicit privationem, five positionem. Sed quia in entibus est aliquid individualibile in partes subjectivas, hoc est, cui formulariter repugnat dividiri in partes, quorum quilibet sit ipsum: que ritu non quo formaliter illud sibi repugnat, quia sic repugnativa formaliter sibi repugnat, sed quia ex fundamento proximo, & intrinsecu illa repugnativa infra illi. Est ergo intellectus questionis de hac materia, quid sit in hoc lapide, per quod, sicut per fundatum proximum simpliciter repugnat sibi dividiri in plura, quorum quilibet sit ipsum, qualis divisio est proprietas toti Universali in suas partes subjectivas. Hoc modo intelligendo, probabo quod non sit aliquod individualiter formaliter per negationem, vel privationem, sicut videtur ista positione ponere. Prima, quia nihil simpliciter repugnat alieni enti per solam privationem in eo, sed per aliquod positivum in eo: igitur dividiri in partes subjectivas non repugnat huic lapidi in eo, quod est quoddam ens, per alias negationes. Probatio antecedens, quia quantumcumque negatio tollat potentiam pro-

a Tex. 34. p. 35. in proem. b Opin. Henr. quæst. 5. quæst. 8.
Opin. Henr. quæst. 5. quæst. 8.

proximam ad agere, & paci, ut per hoc idem ens, in quo est negatio, taceat potentia proxima ad aliud: non tamquam ponit formalem repugniam illius entis ad aliquid; quia per possibile, vel impossibile, circumferens illius negationibus, eam non sit, & retale ens cum opposito illarum negationum. & ita cum illo, qui dicitur repugnare per se, non est impossibile. Exemplum hujus, si substantia intelligatur non quanta, non est divisibilis, hoc est non possibilis dividi potentia propinqua: non tamquam repugnat ibi dividi, quia tunc repugnare sibi recipere quantitatem, per quam formaliter posset dividi. Stante igitur natura substantiae corporeo, non repugnat sibi, quod sit divisibilis. Similiter si non habet visum, tollat potentiam proximam ad videndum, non tamquam facit repugniam simpliciter ad videre, quia potest esse eadem natura politiva, in qua fuit habeat negatio, & potest sibi inservi oppositum illius negationis, sine repugnancia ex parte naturae. Ita potest argui in proposito, cum iste ponat naturam ex se non esse unam, & individuam, nunquam tamquam per aliquam negationem positam in natura, repugnabit sibi formaliter dividi: & ita nunquam erit aliud quod non possit in rebus, quod est etiam complete individuum. Et si aliquo modo inserviet prima & propositioni hujus rationis: falso affirmo illam propositionem. Nella imperfectione repugnat aliquid, nisi propter aliquod positivum in eo: ita quod nulla imperfectione repugnat aliquid, nisi propter aliquam perfectionem, que est aliquod positivum, & entitas politiva: sed dividi est quidam imperfectione: & ideo non potest competere naturae divinae: ergo, &c.

Item, negatione non constituitur aliquid formaliter in entitate perfectiori, quam sit illa entitas praefulpsita negationi: aliquo negotio est formaliter entitas positiva: sed prima substantia per Philosophum in Pradicamentis, est maxime substantia, & etiam magis substantia, quam secunda: ergo non formaliter constitutur in entitate prima substantia per negationem, in quantum distinguuntur secundae. Item de singulari per se primo predicatur illud, cuius est singularis: sed de aliquo ente accepto sub negatione, non predicatur per se aliqua entitas ratione totius subiecti, quia totum non est per se unum: si ratione partis, tunc non est praedicatione superioris de inferiori, sed eiusdem de se.

Præterea, licet illa positio videatur esse falsa in se, propter argumenta jam facta, si intelligat individuum confitiri in entitate, & unitate singularitatis per negationem; tamen videtur omnino superflua, & non respondere ad questionem. Quia ipsa posta, adhuc remaneat eadem questione. Nam de duplice negatione, quam ponit, quanto queritur negotio illi convenit illi: si statim duplum negationem dicit esse per se nec per causam: dat causam sui iustissimi non dat causam hujus, non responderetur ad questionem. Queritur enim illud, per quod repugnat oppositum illarum negationum: & per consequens, per quid inuenit iste negationes. Similiter quanto unde negotio in hac, cum sit duplex rationis in illis, & in illo. Nam sicut in Sorte est duplex negotio oppositum illi, que est in Platone: ita in Platone est negotio duplicitis rationis.

Unde

Unde ergo Sortes est singulariter hoc singularitatem, & determinatam, & non singularitatem Platoni? Non potest dici, nisi dicatur unde negotio sit hec negotio: & hoc non potest esse, nisi per aliquod potest.

Concedo igitur conclusionem istarum rationum, quod necesse est per aliquod politivum intrinsecum huic lapidi, & inquam per rationem propriam repugnare sibi dividii in partes subjectivas: & illud positivum est, quod dicitur esse per se causa individualizationis: & per individualizationem intelligi illam individualitatem hinc repugnantiam ad divisibilitatem. Ad argumentum (a) ad opportunitum, licet assumptum sit falsum, de quo forte alias: tamens verum esset, quod unum significaret formaliter illam duplum negationem: non sequitur, quod non habeat all quam causam positivam, per quam insit ei illa duplex negatio: nam & unitas specifica per ratione significaret duplum negationem, & tamen nullus negat entitatem positivam esse rationem unitatis specificae, a qua entitate positiva sumitur ratio differentiae specificae. Et illud est bonum argumentum pro solutione questionis, & pro opinione quia cum in qualibet unitate minore unitate numerali, sit dare entitatem positivam, que sit ratio per se illius unitatis: & illius repugnante ad multitudinem oportet: maxime vel equaliter est hoc date in unitate perfectissima, que est unitas numeralis.

QUESTIO TERTIA.

Primum substantia materialis per actualem existentiam sit individua, vel ratio individuandi aliquid aliud.

Dicitur, quod sic, quia ex 7. Metaph. (b) actus determinat, & distinguunt: ergo ultima distinctione est per ultimum actu: unius autem actus individualium est secundum esse existentiam, quod liber aliud ab ipso intelligitur in potentia ad ipsum.

Contra illud, primo, quia quod non est ex se distinctum, nec determinatum, non potest esse primam distinguent, vel determinans aliud: sed ex se existente, ex modo, quo distinguuntur ab esse essentiis, non est ex se distinctum, nec determinatum: non enim esse existente habet proprias differentias, alias a differentiis esse essentiis, quia tunc oportet ponere propriam coordinationem existentiarum, aliam a coordinatione essentiarum, sed ex se determinata ex determinatione alterius: igitur non determinat aliquid aliud. Ex hoc potest argui alterius, quia illud, quod praetulponit coordinationem, & distinctionem alterius, non est prima ratio distinguendi ipsum, vel determinandi ipsum: sed existentia, ut determinata, & distincta, praetulponit pridem, & distinctionem existentiarum: igitur, &c. Et si dicatur, quod praetulponit distinctionem, & determinationem omnem aliam ab illa, quae est

ad

a Super 4. art. 5. Met. b Nic. Bon. in 8. de terrena sequitur
banc viam, quare Get. r. 1. Reg. Bachon. Tex. 40.

ad individua ; sed istam , qua est quasi per individuum , causat ;
igitur , &c.

Contra , in coordinatione praedicamentali sunt omnia , qua per se
pertinent ad illam coordinationem , circumscriptio quocumque , quo
nihil illi illius coordinationis : quia secundum Philosophum primo Po-
steriorum (a) , status est in qualibet Pradicamento , & in futurum , &
in deorum : igitur sicut inventus supremum in genere praeclie con-
siderando illud sub ratione essentiae , & inventiorum genera intermedia ,
species , & differentiae : ita inventus etiam infinitus , id est , singulis
abscissis omni existentia actuali . Quad pater evidenter , quia hic ho-
mo non plus includit formaliter existentiam actualium , quam homo .

Præterea , ex eam quæstione est de existentia , qua & unde contra-
dictor sit hoc , qua est , & de natura . Nam si natura specifica es-
dem sit in pluribus individuali , habet existentiam ejusdem rationis in
eis . Sicut ergo probatur in soluzione prima quæsti. quod illa natura
non sit de se hoc : ita potest quæsti per quid existentia sit hoc , quia
non est date , quod sit de se hoc : & ita non sufficit dare primam
existentiam , qua natura sit hoc . Per hoc patet ad argumentum ,
pro opinioni dico , quod actus distinguit ex modo , quia est actus i-
sed ab aliis accidentiis distinguunt accidentaliter , sicut actus essentiali
distinguit essentialiter : ita dico , quod ultima distinctione in coordina-
tione praedicamentali est distinctio individualis : & illa est per ultimi-
num actum per se pertinente ad coordinationem praedicamentali-
m , sed ad hanc coordinationem praedicamentalem , non per se per-
petuæ existentia actualis : actualis autem existentia est ultimus actus ,
sed posterior tota coordinatione praedicamentali : & ideo concedo ,
quod ex stetia distinguit ultimæ , sed distinctione , quæ est extra ro-
tam per se coordinationem praedicamentalem , quæ distinctione est alii-
quo modo accidentalis , nec non sit vero accidentalis , tamen lo-
quitor totam distinctionem secundum esse quidditatem : eo ergo
modo quo est actus , distinguit , & in quo est ultimus actus , ulti-
mate distinguit .

QUESTIO QUARTA.

*Utrum substantia materialis sit per quantitatem individua,
vel singularis?*

Quod sic , Boet. de Trinit. In numero differentiam variabilitatis
accidentium facit . Nam tres homines nec specie , nec genere
differunt , sed sunt accidentia . Nam si animo cunctis his acci-
dentiis separatus , locutus tamen cunctis diversis est , quem unius
figere dubius minime possumus . (b) Duo enim corpora unum locum
non obtinebunt , qui est accidentia , & ideo sunt plures numeri ,
quanto accidentia plura sunt . Inter omnia autem accidentia

pri-

a Tex. com. 34. b inde . b lib. I. c. 1.

primum est quantitas , quam videatur specialiter exprimare in locis
distinctis , quod cumdum locum fingere duobus non possumus , qui
competit eis inquantum quanta .

Præterea , Damasc. in Elementario cap. 9. non computando proce-
minum . Omnis res in qua differt hypostasis ab eiusdem speciei hypo-
stasi ; dicitur adveniens differentia , & characteristica proprietas ,
& qualitas hypostasica . Hoc autem accidentis est ; velut homo dif-
fert ab altero homine , quoniam hic quidem longus , hic autem
brevis .

Præterea , quinto Metaph. Avic. *Natura* , que eget materia ad
eius esse , adveniens accidentia , & dispositiones extrinsicas , per
quas individuator .

Contro : sicut arguitur ad secundam questionem : prima substantia
per se generans , & per se operans : & hoc inquantum distinguunt
a secunda , cui ista non convenienter per se : sed ista non convenienter
est per accidentem ; (a) de generari patet . Metaph. de operari patet ,
qua unum per se agens est unum per se est , & hoc in uno ordine
causa .

Hic dicitur , quod substantia materialis est singulare , & individua
per quantitatem . Et ponitur talis ratio , quia quod primo convenit
aliqui , & per se , convenit cuiilibet alteri per rationem ejus : sed
substantia , & quantitas non faciunt unum per se , sed tantum unum
per accidentem : & per consequens nulla proprietas convenit per se una
eiusmodi , & quæ primo , sed uni per alium : dividit autem in partes
ejusdem rationis , est proprietas una , quæ per se convenit quantitatibus
ex 5. Metaph. ergo convenit aliis , scilicet substantiæ per rationem
ejus : talis est divisa species in ejus individua , quia illa dividenda
non sunt formaliter ita alterius rationis , sicut sunt species dividentes
genus , (b) & ex hoc ultra esse divisibile in partes ejusdem rationis
convenit alieni ratione quantitatibus ex 5. Metaph. & idem est princi-
pium divisionis in aliqua natura , & divisionis divisorum : igitur
per quantitatem distinguuntur individui individualiter ab invicem :
& ex hoc concluditur , quod per quantitatem convenit rati divisio in
individuis , cui primo convenit talis distinctio : ergo per quantitatem
individuum sit individuum .

Præterea , hic ignis non differt ab illo igne , nisi quia forma differt
a forma , nec forma differt a forma , sibi quia recipitus in alia , & alia
parte materia : non pars materia ab alia parte , nisi quia est sub alia ,
& alia parte quantitas : ergo tota distinctio hujus ignis ab illo igne
reducetur ad quantitatem , sicut ad primum distinctivum . Confirmatur
ratio , quia generans generat alios propter distinctiorem ma-
teriam : materia ita genita necessario presupponit quantam , & sub
quantitate distinctam . Quod quanta , pater ; quia agens naturale non
potest agere in non quantum . (c) Pater etiam quod quanta alia

quan-

a Tex. com. 4. Idem 7. Tex. com. 28. Goffr. quodl. 6. q. 16. c
quodl. 7. q. 5. b Tex. com. 28. c 7. Met. i. c. 18.

quantitate, quia non potest esse quamta quantitate generantis: sed ita quantitas praedicit naturaliter eis ipsius geniti: igne & distinctionem ipsius generantis, & geniti: non autem praecedet natura-
litas, si non est naturaliter requiritum, & per se ut distingui-
vitur.

Congra istam conclusionem aeguo quatuor viis. Primo ex identi-
tate rationis numeralis, sive individuationis, vel singularitatis. Se-
cundo ex ordine substantiarum ad accidentia. Tertio ex ratione coordi-
nationis praedicamentalis, & iste tres viae probabant communiter:
quod nullum accidentem potest esse per se ratio, per quam substantia
materialis individuatur. Quarta via ex specialiter contra quanti-
tatem, quantum ad conclusionem opinioneis. Et quinto argueretur
specialiter contra illas rationes opinionis. Quantum ad primam
viam, primo expono, quid intelligo per individuationem, sive
unitatem numeralem, sive per singularitatem, non quidem unitatem
indeterminatam, secundum quam quodlibet in specie dicatur unum
numero: sed unitatem signatam ut hanc: ita quod sicut prius dictum
est: quod individuum impossibile est dividiri in partes subjectivas, &
quoniam ratio impossibilitatis: ita dico: quod individuum est in-
compositibile: non esse hoc signatum sic singularitate. Et quoniam
causa non singularitatis in communione, sed hujus singularitatis in spe-
ciali signata, scilicet ut sit hoc determinate. Hoc modo intelligen-
do singularitatem ex prima via arguitur duplicitate. Primo sic, sub-
stantia actu existens, non mutata aliqua transmutatione substantiali:
non potest fieri de hac non hac: quia ita singularitas (sic modo
dictum est) non potest in esse alia, & alia eidem substantiae manent
eadem, non substancialiter mutata: sed substantia actu existens
nullam substantiali mutatione facit in ipsa, vel mutata: potest sine
contradictione esse sub alia, & alia quantitate; & quoniamque acci-
dente abfolito: ergo nullo modo tali est formaliter haec substantia
hac singularitate lignata. Minor pater, quia non est contradictione,
quod Deus substantiam quamcum ita quantitate eandem conservet,
& informet eam alia quantitate: nec propter hoc substantia illa alii
existentes mutabitur mutatione substantiali: quia non est mutatio nisi
a quantitate in quantitatem. Similiter si mutetur a quocunque ac-
cidente sine mutatione substantiali, sive hoc si possibile, sive impos-
sibile, non propter hoc est formaliter non haec. Si dicas quod istic
est miraculum: & ideo non conclusit contra rationem naturalem.
Contra, miraculum non est respectu conitradictoriorum ad quae nulla
est potentia: sed contradictione est eandem substantiam manentem
etiam duas substantialias, sive mutatione substantiali: & hoc tam successi-
ve, quam simul, quod tamea sequitur: si per aliquod accidentem est
formaliter haec substantia: tunc enim accidente succedente accidenti,
eadem substantia non mutata, est successiva dura substantia.

Confirmatur etiam illud per finitum de unitate specifica: quia im-
possibile est unam substantiam manentem non mutata specifici esse
similis, vel successiva hanc speciem, & non hanc speciem: ergo a simili

mili in proposto. (a) Secundo sic: durum productionum compre-
hensione in eis substantiali non potest esse eadem substantia primus ter-
minus. Probo, quia tunc utraque accipere perfectum eis substantiale,
ex quo utraq[ue] est completa: & ita idem bis producetur com-
plete, & tunc si illa due productiones non essent simul, eadem sub-
stantia per se, & acti existens, prodiceretur: cum jam acta esset:
saltem igitur duratum productionum successivorum extremum, &
terminus idem, esse non potest: sed generationis panis erat hic panis
terminus primus: panis autem iste transubstantiatu[m] eis, manente
eadem quantitate: creetur igitur aliis panis, & attribuatur illa quan-
titate manente: sequitur, quod terminus creationis erit panis, idem
cum illo pane, qui erat terminus generationis: quia eadem singula-
ritate numero erit hic panis formaliter hic, quia sicut aliis panis hic,
& sequitur ultra, quod idem panis est transubstantiatu[m], & non
transubstantiatu[m], immo sequitur, quod nullus panis sit transubstan-
tiatus: quia non panis universalis: nec panis hic singularis, quia ita
panis maneat, non mutata quantitate, qui erat formaliter hic panis
ex dato: igitur nihil diminuere est transubstantiatum in Corpus Christi,
quod est haec item dicere. Ex secunda via arguitur sic, substantia
est prior naturaliter omni accidente, secundum Philosophum 7. Me-
taphys. (b) & et intentio sua de substantia, secundum quod est unum
istorum quae dividuntur: ita quod expondere ibi substantiam pro
Deo: vel pro prima causa, nihil est ad intentionem eius: Ita enim
probat substantiam esse primam: quomodo probat substantiam esse
et numero dividentium ens, quod est prior omni accidente: ita sci-
licet ad determinandum de omnibus, que dividuntur ens, sufficit
determinare de substantia tanguntur: primo, pro eo quod cognitio
accidentium habetur, ex eo quod attributus est substantia: istud au-
tem non potest esse nisi de substantia secundum totalem coordinatio-
nem suam: igitur nihil posterioris ista coordinationis potest esse ratio
formalis, qui aliud est in ista coordinatione. Ex ratione igitur
prioritatis substantiae, secundum quod communis est, sufficit determina-
tio substantiae primae, cui convenit ista prioritas naturalis ad omnes
accidentes: ergo convenit substantiae primae ex ratione sua, quod sit
prior naturaliter, quam determinari aliquis accidente.

Et potest confirmari consequenter, quia si aliquid sit prius ad
alium, maxime primum illius, est primum ad illud: sed maxime primum
substantia in communione, est substantia prima: igitur substantia prima
est prior simpliciter omni accidente: & ita est prius haec, quam ali-
quod modo determinetur per aliquod alium. Hic dicitur, quod licet prima
substantia sit prior quantitate in effendo, non tamet in dividendo,
& individuando: sicut etiam substantia est prior in entitate, non tan-
tem in indivisibilitate. Contra, ista responsio seipsum destruit, quia si
prima substantia est prior naturaliter in effendo ipsa quantitate, & non
potest

a. Scot. 1.1.2.2. q. 1. n. 19. C. d. 3. q. 6. C. q. d. 10. q. 2. iuste 3. dte.
q. 2. ad 2. b. Texi. 4.

poteat intelligi prima substantia in suo esse, nisi in quantum hoc, ergo non erit id per quantitatem. Praeterea, forma est simpliciter prior compposito, secundum probationem Aristoteli *septimo Metaphysicæ cap. 2.* (a) ergo si quicunque sit forma prima substantie, ipsa est prior prima substantia in essendo; quod si non sit forma in essendo: igitur nec in unitate componente prima substantia, in quantum tale est. Quantilibet enim entitatibus consequitur propria unitas, non habent aliam causam propriam sibi, quam causam entitatis (b). Praeterea, eodem modo substantia est prior naturaliter omni accidente, quo est substantium omnium accidentium: in quantum enim substantiam probatur esse prius distinctione omni accidente, quia sic ponitur in ordine cuiuslibet definitionis per additamentum: sed ut est substantia, est hæc substantia, quia secundum Philosophum *12. Metaphysicæ singularium effectuum* sunt causa singulare in quounque genere causa: igitur singularis accidentis singulare substantium est causa. Ex confirmatione maxime de accidente per accidens, quia illud primo inest singularis secundum Philosophum *quinto Metaphysicæ cap. de cœm.* (c). Praeterea, Omne, quod est prius alio natura, est prius duratione hoc modo, scilicet quod prius est de se, non repugnat tibi contradictione posse esse prius duratione sub posteriore. Universaliter enim prioritas naturæ includit in priori, posse esse prius etiæ fine contradictione, ex *quinto Metaphysicæ cap. de Priori* (d). Igitur fine contradictione posset quoque substantia, quantum est ex se, esse prius duratione omni accidente, & ita quantitate. Ex tercia via argumentum hic, in quounque coordinatione praedictam fuit omnia pertinencia ad illam coordinationem, circumscriptio quoque alio, quod non est aliud illius coordinationis essentialiter. Hoc probatur, quia duas coordinations sunt primo diverse, & ita nihil unius est tales per aliud coordinationis alterius, sed ad coordinationem item inquantum finita est, & in sursum, & deorsum secundum Philosophum *primo Posteriorum* (e), sicut pertinet aliud primum praedictum, de quo nihil predicatur: ita pertinet inquantum substantium, cui nihil subiectur: ergo singulare, vel individuum est in qualibet coordinatione per nihil alterius coordinationis.

Praeterea secundo, in qualibet coordinatione, circumscriptio quoque alterius coordinationis, est ratio speciei: nam speciem nulla opinio fingit in aliquo genere esse per rationem alterius generis, loquendo de absolute: sed de ratione speciei est, quod sit de pluribus differentiis numero praedicabilis: ergo in qualibet coordinatione potest inventari aliud inquantibus individuum, & singulare, de quo species predicitur: aut saltem potest inveneri aliud non de multis praedicabile, aliquo non est in ista coordinatione aliud species specieissima, de cuius ratione est esse praedicabile, si nihil hujus sit subiectibile. Praeterea tertio, inquantum inquantibile, & subiectum recipit per

a Tex. 7. b 8. M. 1. 2. 4. c Tex. 27. U. 2. Phys. 1. c. 3. 8.
Tex. 15. d Tex. 16. e Tex. 34.

se predicationem cuiuslibet praedicabilis: hanc primum praedicatur predicatio per le de quolibet illius coordinationis sed ens per accidens inquantum eius per accidens, nullus recipit predicationem per se: igitur inquantum substantiale non potest esse ens per accidens: aggregans autem res diversorum in genere est ens per accidens, secundum Philos. *Metaph. cap. de Vno* (a). Praeterea, quando aliud convenit, seu natura est convenire aliui praesice secundum aliquam rationem; eniūt enim convenit essentialiter secundum illam rationem, convenit et simpliciter, & essentialiter: sed esse singulare, vel universale in coordinatione generis, subtiliter convenit aliui praesice inquantum est illius coordinationis, circumscriptio omnis, quod est alterius generis: igitur cui essentialiter convenit communitas, inquantum illius coordinationis, convenit et simpliciter, & essentialiter. Sed quantumcumque contrahatur per aliud alterius generis, nihil tamen tollit circa ipsum, pertinet ad suam coordinationem (quantumcumque enim Sottes determinat per album, vel in nigrum, ad que iuri in potentia, non est Sottes magis determinatus in genere Substantie, quam est prius quia prius erat hic): igitur quantitatim ponatur natura in genere substantie, generaliter ad individua per aliquod alterius generis, remanebit illa natura communis formarum contracta, sicut non contracta: & ideo ponetur cum tunc fieri individua per aliquod alterius generis: est ponere illud esse communis, summi & individualium, & singulare.

Propter argumentum (b) forte illatum duarum viarum iugenda, tenetur postio de quantitate alio modo, hoc modo, scilicet quod sicut exponit in tertio est alia natura a natura quantitatim ipsius materie: si nihil addi super elementaria materie haec signata, sic signatio materia, quam habet causaliter per quantitatem, est alia a signatione quantitatis sua, & prior naturaliter signatio, & quam habet per quantitatem: quia substantia ne substantia, naturaliter est prior quantitate, sive quoque accidente: & ulti signatio materia, est alia ab illa, quae est quantitas: sed non est alia a substantia, ita quod sicut materia non est habens partes per naturam quantitatis, quia pars materia est materia: si substantia signata non est nisi substantia: signatio enim solum dictum modum per habet.

Contra, ista positio videtur includere contradictionem dupliciter. Primo, quia impossibile est aliud dependens a posteriori naturaliter, esse idem priori naturaliter: quia tunc est prius, & non prius; sed substantia est prior naturaliter quantitate per eos: igitur nihil causatum per quantitatem, sive qualitercumque praecoxigenis natum quantitas, potest esse idem substantia: non igitur illa signatio est idem substantialis, & tamen causata a quantitate. Probario majoris, ubi est vera, & realis identitas, sicut non sit formalis, ibi impossibile est hoc esse, & illud non esse, quia tunc idem realiter est, & non est: sed possibile est prius naturaliter esse hinc posteriori naturaliter: ergo per consequens multo magis absque eo, quod deservit est, vel

a Tex. c. 7. U. 3. b. Egit. quod U. r. q. 5. ar. 1.

causatum a posteriori naturaliter (a). Præterea, illud quod est necessaria conditio causa in causando, non potest habere esse a causato; quia runc causa inquantum sufficiens ad causandum, est causata a causato, & est illud causatum sumpsius causa, & pro tanto posset dare causa causationem sumpsius: sed singularitas substantiae, sive signatio, est necessaria conditio in substantia ad causandum quantitatem. Quia siue argumentum est causatum singulare, requiri causam singulararem: ergo impossibile est illam signationem esse a causato a substantia, inquantum singularis. Præterea, quare quid est quantitatem determinare, vel causare modum talen in substantia? Si nihil est, nisi quod praecipue quantitat: tunc nullo modo est signatio per quantitatem, quia runc simpliciter signatio substantiae precedet naturaliter quantitatem: si autem aliquid aliud, quarto quomodo causetur a quantitate, & quo genero causa? Non videtur (b) posse affligari ibi nisi genus causa efficientis: sed quantitas non est forma activa. Præterea, quare magis derelinquit quantitas talen modum in substantia cunctem realiter substantiam, quam qualitas quantitatis, ut albedo: non videtur ratio, quia sicut albedo est forma superficies & non mediante aliqua alia forma derivata, ita videtur quantitas esse forma substantiae, qua substantia est quanta, & non derelinqueret formam.

Ex qua via arguo sic, quantitas sita, qua substantia est huc signata, aut est quantitas terminata, aut interminata. Non terminata, quia illa sequitur esse formam (c) in materia, & per consequens singularitatem substantiae; quia siue substantia est causa ejus, ut et terminata: ita hac substantia est causa ejus, ut est hec terminata. Si autem quantitas interminata sit causa, quare substantia est hæc. Contra, illa quantitas interminata manet eadem in generato, & corruptio: ergo non est causa aliquius signatōnis terminata. Si dicatur, quod non sequitur, quia quantitas non ponitur causa singularitatis, nisi præsupposita unitate specifica: sed generatio, & corruptio non sunt eiusdem speciei. Contra, ponit quod ex aqua primo generatur ignis. Secundo ex igne generetur aqua: in prima aqua corrupta, & in secunda generata, est eadem quantitas: & non solum quantitas interminata sed etiam terminata, quia potest habere eadem terminata a forma, vel saltem sufficit eadem interminata, & illa per te, est causa singularitatis præsupposita unitate specifica: ergo prima aqua, & secunda aqua sunt hec aqua eadem numero, quod videtur impossibile, quia idem individuum numero non reddit naturali actione ex 2. de Generatione. Et 5. Phys. (d).

Præterea, si quantitas sit primo individuum substantiam, oportet quod ipsa in primo sit hec & de distincione numerabilitate ab alia: sed tunc sua proposicio non est vera, scilicet quod omnis differentia formalis est specifica: quantitas enim haec, & illa, sunt forme: ergo differunt specificè. Et si quantitatem excipias ab illa pro-

a. 5. Met. b. 4. Phys. c. 84. c. Averro. Phys. cap. 63. d. 4. Phys. c. 15. d. de substantia orb. c. 1. d. qib. d. Tex. ali. Lex. 3.

propositione fundamentali edificiū minōis unde probatur, quod differentia formalis sit specifica; quecumque enim ratio fuit adduxit, ex forma, quæ habebit locum in proposto, cum quantitas sit forma, sicut alia predicamenta. Et si diccas, immo quantitas habeat ex se situm determinatione, & per hoc distinguatur ex se ab alia quantitate. Contra, quare de quo situ loqueris? aut de situ, qui est predicamentum, & iste est naturaliter posterior quantitate, sive de situ, qui est differentia quantitatis, prout quantitas dicitur conflare ex partibus habentibus positionem: & cum est eadem questione, quæ prius, qualiter scilicet situs illius quantitatis, differat ab illo situ illius quantitatis? Quae quodlibet realiter est; quoniam numerabilitas quantitas haec, differat ab illa: & ita, ut videtur, assignas rationem sibi ipsius. Non enim notat eis partes permanentes, & continuatas in isto toto, sedis distinguunt a partibus permanentibus, & continuatis in illo toto, que duo, scilicet continuationem, & permanentiam, includit positionem, ut et differentia quantitatis, quam quod haec quantitas differat scilicet ab illa. Præterea, omnia argumenta, quæ facta sunt contra opin. in 1. qu. ad probandum quod caro non sit de se hec, possunt eadem fieri ad probandum quod quantitas non sit de se hec. Nam manifestum est, quod ratio linearis de communis est hinc linea, & illi: nec major est contradicatio intelligere lineam sub ratione universalis, quam carnem: habet etiam linea aliquam unitatem realiem minoram unitate numeris, sicut & caro habet, propter easdem rationes, quæ sunt in secunda ratione contra opinionem in 1. q. Præterea etiam quod linea, & superficies sunt eidem rationis, in hac aqua, & in illa: quare ergo hoc aqua est hec aqua & singularis? & non loquor de singularitate vaga, & indeterminata, sed fixata, & determinata. Contra rationes opinionis, arguo primo contra primam, quod quantitas non sit ratio divisibilis in individua: quia quidquid est ratio divisibilitatis, non in illis formaliter illi, quod est divisibile illa divisione: sed quantitas non inest formaliter speciei, sed totum universali, inquantum est divisibilis in partes subjectivas: igitur ipsa non est ratio divisibilitatis talis totius in partes tales. Confirmatur ratio, quia totum universale, quod dividitur in individua, & in partes subjectivas, predicitur de qualibet illarum partium subjectivarum ita, quod qualibet pars subjectiva est ipsius: partes autem quantitativas, in quas fit divisione totius continui, nunquam recipiunt predicationem totius divisi in ipsis: & licet concurreat diviso totius homogenei in partes quantitativas, & diviso speciei, sive diviso totius universalis in partes subjectivas, quæ partes sunt individua, non tam unius totius divisi: quia totum quantum dividitur divisione quantitativa, & non predicitur de aliqua parte dividente, sicut nec quantum heterogeneum de suo dividente, universaliter eam nulla pars quantitativa est totum illud, cuius est pars: sed cum hoc concomittatur, quod sunt pluri individua habentia idem communem, quod commune dividitur in ipsa, alia divisione, & illud communem non erat illud

quantum, quod dividatur divisione quantitativa. Est igitur aliud etiam divitium hanc divisionem, & illa, & tamen in easdem partes per accidens: sed formaliter partes alterius rationis respectu hujus totius, & illius, quia respectu huius integralis, & respectu illius subdivisiva. Ita propter illius concursum durum divisionum duorum totorum in partes, in quibus concurrit diversa ratio parti, putaverunt aliqui, quod illa duo ratio dividentur in partes ejusdem rationis. Et quod acciperi a Philologo, dicendum quod Philologus non dicit quantum dividiri in partes eisdem rationis, sed, quod est dividitur in ea, que in iunctu, quantum utrumque vel singulare est natura esse aliquid, & hoc aliqui: in ea, que inservit, inquit, tanquam compositione totum cui inservit: igitur non sicut in partes subjectivas, quia non sic inservit, quantum utrumque, si dividitur in duos, aut singulis, in illa plura: natum est aliquid, per se feliciter existens, eo modo, quo totum: quia inquantum aliquid est pars quantitativa dividens sita per se potest esse, sicut totum divisum: & hoc contra divisionem compositam in materiali, & formam, & hoc aliquid: & hoc contra divisionem generis in species, & si numeri componeretur ex diversis numeris, non obstat rationis numeri inquantum quantum, quod dividatur in numeros alterius rationis: & eodem modo non obstat universalis, puta quanto, quod dividatur in partes alterius rationis, si componeretur ex bicubito, & tricubito, que differunt specie: ita etiam quantitati non obstat divisio ipsius in partes ejusdem rationis. Concedo ergo universalitatem defacto: quod licet totum non requirat: quod dividatur in partes alterius rationis: tamen non requirit, eas esse distinctas rationes: quia inquantum sunt partes quancunq; non sunt alterius rationis: hec enim caput, cor, & manus sunt partes quantitativa, & alterius rationis, non tamen sunt alterius rationis inquantum sunt praeclarae partes quanti, & ergo modo quo verum est (licet a Philologo non posset accipi) quod quantum dividatur in partes ejusdem rationis, omnino non est ad propositionem: quia non dividitur in partes, in quibus includatur ratio divisus, sed in partes, que infuscant divisio: & habent rationem unam non illius, sed aliquem communis illi roti, & ipsius species autem dividitur in partes ejusdem rationis, quantum qualibet includit rationem divisi, & non aliquid aliud alterius rationis commune divisio, & dividens. Præterea arguo contra secundam rationem: Generans inquantum generans, circumscribit omni alio, distinguens a genito: quia non est intelligibile, quod idem generet: etiam in divinis, persona non generat se: sed generans inquantum generans non includit quantitatem, sicut proprium principium generativum: nec genitum ut genitum, includit quantitatem ut per se formalem terminum generationis: ergo circumferunt utraq; quantitas, scilicet dignitatis, & genti, haec substantia distinguens ut illa numeritatis. Concedo ergo conclusionem omnium illarum rationum, quod impossibile est per aliquod accidens substantiam esse dividendam: hoc est, quod per aliquod accidens sibi, di-

videtur in patres subjectivas, & quod per illas refugiat sibi estimatione hanc.

Ad primam rationem pro opere patet ex 5. art. ac questionem, quomodo male accipit minorum, & que non possit haberi a Philosopho: & eo modo, quo haberi potest vera illa minor, non est ad propositionem de divisione totius in partes quantitatis. Quando etiam tertiis accipiunt, quod eadem est aliud dividibile; per quod partes dividives distinguuntur; hoc etsam est: nam natura communis dividibilis est ex se² in divisione, non autem divisionis distinguuntur ex ratione naturae communis, sed ex propriis distinctivis. Ita enim apparet in genere, quia "genus est divisibilis secundum se in plurimis genera, & in plurimis species"; & tamen genus non est ratio distinctionis specierum; sed differentiae constituentes plurimis species. Ad secundam rationem patet, quomodo ex illa pars includi per idem, quod idem generat seipsum (2). Sed ad formam argumenti dico, quod ambae premissae sunt falsae. Littere enim illa formis se in alia materia & non tamen proprie atque natura est illa forma: sed sicut entitas forma est prior illa, ita & fuerit alias. Similiter alia premissa, feliciter quod est illa pars materie properat illam partem quantitatis, falsa est, quia sive sit divisione partium materiae in se praecepit quantitatem, sive non, prior est distinctio partium materiae, quam quantitatem; quia huius accidentis subiectum est hoc aliud. Ad confirmationem cum dicimus quod generat non generat nisi de materia quanta aliis quantitatibus; (b) sive ita sit, sive non (de quo alias) faleste in partibus materiae dividibili secundum formam quantitatis; dico quod unitas materiae est passio immediate, ita quod naturae eius naturaliter praecedit tantum quantumcumque generationis: ratio enim generantis praecedit generans tale, feliciter naturale, quod faciliter requiri extra materialia suam & aliis, de qua generat, & re-quirit illam quantitatem, sicut concomitantem divisionem materie a materia, & debetur probari, quod quantitas est propria ratio unitatis talis, feliciter singularitaris in substantia; & probari, quod est ratio, sive non, respectu ultimi. Unde loco illius consequentia nullus est. Si obiectatur, quod faleste ex confirmatione habebitur, quod quantitas praecedit naturaliter in divisione substantiae, generaliter; quod est contra conclusionem secundum viam improbantis opinionem; nam si generant prius, requirat materialis quantani antecedenter generare; ergo naturaliter praeposuit quantitas materia individuali ipsius geniti. Respondeo, quod individuationis geniti praeposuit quantitas corrupti, & omnia accidientia corrupti ordine durationis, quia corrupta permaneunt cum omnibus partibus suis: sed ex hoc nihil sequitur ad b. quod feliciter sit priocitas naturalius quantitatis ad eas individuationes, vel individuationes substantiae illius, in qua est quantitas: nam ita possit.

^a i. de Anima c. 5; ^b q. seqq. ad finem & in ap. d. ill. q. 3. q. 3. q. 3.

dentia corrupti, quæ præcedunt tempore genitum, sequuntur substantiam illam, in qua sunt, & etiam illam, ut singularem: & eodem modo accidentia geniti, sequuntur substantiam genitam. Sed adhuc (a) ulterius deducitur argumentum, quia quantitas non tantum præcedit, ut in corrupto genitum, sed præcedit naturaliter in genito formam geniti: probatio, alioquin in instanti, in quo gerens inducit formam, inducet in non quantum; quod videtur esse contra illam propositionem, quod agens particulare non attingit ad substantiam materie, sed præceps attingit eam in quantum quantam. Similiter hoc videtur esse contra Averroem in substantia orbis, ubi videtur velle, quod maneat eadem quantitas in generato, & corrupto: alioquin generans generaret de non corpore corpus. Contra illud primo arguitur, quod haec ratio non valet, nec debet adduci pro illa positione: quia fundator hujus positionis videtur res negre contra hoc adductum. (b) Teneat enim quod quantitas non sit primus actus materie, neque quod aliqua forma corporeitatis manet eadem in generato, & corrupto, loquendo de corporeitate in genere substantia, dicit nullam quantitatem manere eandem numero in isto, & in illo: & etiam cum ponat eam perficere substantiam compositam, & non materiam immediate ut substantiam, debet ponere illam alias quantitatem geniti, posteaenam naturaliter ipso genito; sicut illam corrupti, posteaenam naturaliter ipso corrupto, & ita ita deducit de prioritate quantitatis ad substantiam, vel formam genitum (quidquid sit de Averro: non est de opinione ponentes eam: hoc quod hominem. Sed ad conclusionem in se, dico cum isto quod si illud, quod si nulla forma corporeitatis manet formaliter in igne, & in aqua, nullum omnino accidens, quod requirit pro subiecto substantiam compositam, potest manere idem numerus: sed quilibet vel erit in corrupto ut in subiecto, vel in genito, ut in subiecto: & ita quantitas, & quodcumque aliud accidens, erit posteaenam naturaliter substantia: & ita quantitas corrupti, & quodcumque accidens eius fuit naturaliter posteaenam substantia corrupta: & tunc de illa propositione non nullum euro, quia videtur impossibilis. Nihil enim aliud videtur esse, agens attingere pallium in ratione passi, quam inducere in ipsum actum, quo perficiatur: agens autem particulare inducit formam substantialem, quia materia perficit in quantum materia, & non in quantum quantas; ita quod quantitas sit ratio media inter agentem, & pallium; ergo agens naturale illam attingit secundum substantiam nudam, ut pallium ab eo immediate transmutatum. Ad Averro, dico, quod de eo, quod aliquando esset non corpus, posset generari corpus: sed forte non posset naturale agens generare de non corpore, corpus, sicut de corrupto, quia materia non corruptiatur, sed torum: sed de eo, quod si eius corpus usque ad instantis generationis, & hoc quoniam inherentem sibi, potest agens naturale aliud quantum alia quantitate generare in

a Egid. q. 9. d. 2. q. 5. b U. Egi. T. De Th. quia contradicunt Ave de quantitatibus interminimis materiae coartemis.

illo instanti; quia sicut potest producere substantiam, quæ non praefuit, ita potest producere omnia accidentia consequentia eam. Et sic dicas, quod si non producat corpus de non corpore, ut corrupto, produc tamē de materia non ut quanta, aliquod corpus quantum. Dico, quod necesse est de non composito ut parte fieri, vel produci compositum; vel ibitur in infinitum, & ita de materia secundum suam substantiam absolute ut de parte, potest produci corpus aliquod, quod est substantia composita, & concomittatur substantia quanta; quia quantitas est pars illius substantiae composita. Ita responsio negat dimensionem interminimam (a) manere eandem numeris in generato composito, & corrupto: de quo alias dictibus, si occurrat sed nunc tacitum ei propera argumenta.

Ad auctoritates, quae adducuntur. Ad Boet., concedo quod variabilitas accidentium facit in substantia differentiam numeralem eo modo quo forma dicitur facere differentiam; quia omnes distinctæ formæ faciunt aliquam differentiam in eis, in quibus sunt; accidentia autem non possunt facere differentiam specificam in substantia, in qua sunt, ex 10. Metaph. cap. penul. (b) sed faciunt in substantiis differentiam, & hoc numeralem. Sed non faciunt primam differentiam sed alia est prior differentia numerali: nec illa sola faciunt differentiam numeralem. Et nullum illorum dicere auctoritas illa. Et nisi alterum illorum duorum habetur, non habetur propositum, quod intenditur. Sed quid ad intentionem Boetii? dico, quod Boetus intendit probare, quod non est differentia numeralis divinarum personarum. Et licet sparsim in principio illius libelli de Trinitate possint haberi tales propositiones, videtur tamen, quod velit he argue: in numero varietas accidentium differentiam facit: sed in personis divinis nulla est talis varietas accidentium, quia forma simplex subiectum esse non potest; igitur ibi non est differentia numeralis. Videtur argumentum non valere, nisi ipse intendetur, quod sola accidentia possint distinguere numeraliter, si enim distinctione numeralis potest esse per aliqua alia: ergo ex negatione accidentis, non sequitur negatio distinctionis numeralis. Dico, quod omnem distinctionem numeralem concomittat distinctione accidentium: & propriae ubi nulla potest esse accidentium varietas, ibi nulla potest esse distinctione numeralis, & ex hoc patet argumentum Boetii teneri, quod cum non possint divinis esse accidentia aliquod, nec accidentium varietas; ibi non potest esse distinctione numeralis, vel distinctione numeralis; non sicut a causa praecisa negata, ad negationem illius, cuius est causa: sed tanquam a necessario concomitante negata, ad negationem illius, quod necessario concomittatur. Sed quomodo ad illam intentionem est verum, quod varietas accidentium facit differentiam numeralem? Dico, quod facit aliquam differentiam, sed non primam: & necessario concomittat omnem primam, & ita habet intelligi, quod facit differentiam numeralem. Nec videtur illa glost. ex-

tota a litera, sed litera ipsa facit, ut sic intelligatur, cum oporteat eos necessario exponere, quod ipsi subdit ibi de loco. Non est locus principium distinguens duo individua ad invicem, nec loquendo de loco, qui est passus locans, nec de loco, qui est passus locati, sed licet de ubi derelicto in locato. Cum ergo oporteat eos exponere locum pro quantitate secundum opinionem suam, quid malis est expōnere, facit differentiam, pro facere non primam, sed facere aliquas & concomitantem primam? Ad Damasc. patet per ipsum in fine: c. illius ubi exponit, quomodo intelligit ibi accidentis, dicens: *quocunque in aliquibus eorum, que unius speciei hypothese sunt, in aliis autem non sunt: occidens, & adventus sunt.* Concedo igitur, quod quicquid est extra rationem per se ipsum naturae specifica, & non est per se consequens naturam illam, est tali naturae accidentis, & hoc modo quicquid ponitur individuum est accidente. Non tamquam est proprius accidentis, sicut alii intelligunt, & quod ipsi non intelligunt propter accidentem, pater per ipsum. 1. lib. Sententiarum, c. 8. *Intelligimus enim intellectu, quoniam Petrus, & Paulus sunt eiusdem naturae, & communem unam habent naturam.* & paulo post, neque enim haec hypothese in se invicem sunt: *Seruum autem unaqueque, & secundum partem, id est secundum separatio et, plurima separatio eam ad alteris habens.* Evenimus loco distanti, & tempore diffundi, & mente dividuntur, & virtute, & forma, id est figura, & habitu, & complexione, & dignitate, & adiunctionibus. *& omnibus distinctis characte-* risticis proprieatis, & subtilis notable. Plus autem omnibus, eo quod non sunt in se invicem, sed separatis sunt: unde & duo, & tres homines dicuntur, & multi. Hoc autem, & omni videtur esse creature. Nota valde, quod dicit, quod plus quam charac- teristicis proprietatis differunt hypothese creare per non in se invicem esse, sed separatis: & per oppositum ibidem statim dicit: *Hypothesis Trinitatis in se invicem esse causa, cuius est unitas naturae, præsupposita distinctione personali, ex diff. 2.* Est ergo divisio na- turæ in suppositis creatis prima, & maxima ratio distinctionis. Ad hanc, dico quod præcilius confidatur quidditatem inquantum nihil includit, quod non pertinet ad per se rationem quidditatem eius; & hoc modo equitas tantum est equitas, & nec una, & nec plures, quantumcumque unitas eius non sit alia res addita; sed necessario con- sequatur illam entitatem: sicut & omnes secundum quantumcumque entitatem consequitur propria unitas; non tamen illa unitas est intra formaliter rationem quidditatem, ut quidditas est, sed est quasi passio consequtens quidditatem, & omne tale apud eum votatur accidentis. Et hoc modo Philosopher quandoque accipit accidentis, a quo dicitur fallacia Accidentis, pro omni eo, quod est extra rationem formaliter alterius: omne autem tale est extraneum illi alteri, ex comparatione ad alud: & hoc modo differentia accidentis Generis, & quicquid est individuans, accidit naturæ specifica sed non fecit ipsi intelligi de accidente: & ideo ibi est equivocatio de accidente.

QUÆ-

QUÆSTIO QUINTA.

Utrum substantia materialis sit bac, & individuus per materiam?

Quod sic, quia secundum Philos. Metaph. cap. de Uno, (a) *Unum numero sunt, quorum materia una, &c.* (b) *Contra 1. Me-* taph. antique translatis, *in fundamento nature nihil est distinctionum;* sed quod non est secundum se distinctionum, nec diversum, non potest esse prima ratio distinctionis, vel diversitatis alterius: sed materia est fundamentum nature omnino indistinctum, & indeter- minatum: ergo non potest esse prima ratio distinctionis, vel diversi- tatis alterius.

Elic dicitur, quod sic est, quod maxime tenetur propter multas au- toritates Arist. quoque hoc videtur, quarum una est in 7. Metaphysicor. quod generat generali aliquid propter materiam, (c) *Callistus,* inquit, & *Sorites sunt diversa quidem propter materiam, idem vero species; nam individua est species.* Item in septimo cap. de partibus distinctionis, quod quid est iste in quatuordam substantiis, idem est: *quocunque vero in materia sunt, vel accepti sunt cum materia, & non idem, & idem videtur in 8. cap. 3, nam anima & anima esse idem, homo & hominis esse, non idem, nisi & anima esse, homo dicatur: ergo videtur, quod materia sit extra rationem quidditatem, & cujuslibet habentis primo quidditatem: & ita cum sit in entibus aliquid videtur esse pars individui sine individuo ratione: nam quidquid est in individuo, quod repugnat rationi quiddi- tatis omnino, hoc potest ponи prima ratio individuandi, quare, &c.*

Præterea 12. Metaph. probat quod non possunt esse plures cali. (d) Si, inquit, essent plures cali ut homines, foret principium quod circa unumquaque specie unum, numero vero multa: sed qua- cuusque (inquit) numero sunt multa, habentes materiam. Quod autem quid est esse non habentis materiam primam, tendebat enim unum igitur, & ratione, & numero primum movens immobile ens. Illa ratio, qua concluditur unitas cali ex unitate motoris, & unitas motoris non tantum specie, sed numero, propter hoc, quod non habet materiam, non videtur valere, nisi distinctio numeralis fieri per illam: ergo, &c. Præterea 1. Cœ & Mun. (e) cum dico coelum, dico formam: cum dico hec coelum, dico materiam. Contra istud primo per autoritates ejusdem Philosopher 7. Metaph. cap. de partibus distinctionis (f) palam autem, quod anima quidem ubi- planitia prima, corpus vero materia, homo vero aut animal, quod

ex

a. *T. com. 17.* b. *2. Met. in antiqua translat.*

c. *D. Tb. 1. p. q. 7. a. 1. & 2. & q. 50. T. in 2. a. 2. q. 4. Tex. 28. Tex. 20. & 21. & 41. Tex. 8.*

d. *T. com. 49.* e. *Tex. 21. & 55.* f. *Tex. 39.*

ex utrisque ut universaliter. Coriclus autem, & Socrates, ut singulariter, sapples, ex his, siquidem igitur anima dupliciter dicitur: & postea subdit, (a) *si vero animus hoc, corpus hoc, et* & homo quidem universalis, & singularis; & ante in eodem capitulo, *T. equus: T. qua ita in singularibus, universaliter autem non sunt substantia, id est forma: sed simil quoddam totum, id est compositum ex hac materia, T. ex hac ratione, ut per ly, hac non intelligi materiam uniformem, & singularem, sed determinatam, aliquoquin contradicere filii ipsi.* Unde subditus ibidem, & ut universaliter, & subdit postea: *singularis vero ex ultima materia Socratis iam est, &c.* Pater etiam idem, per eundem 12. Metaph. cap.4. (b) ubi vult, quod principium sum eadem sicut principiata: *T. horum, inquit, que sunt in eadem specie, diversa non species; sed quia singularitas aliquid tua materia, T. movens, T. species, T. mea: sed tamen ratione universalis eadem;* ergo ita concedit distinctionem formae, sicut materia in particulari, & ita unitatem materiae in communis sicut forme, & ideo oportet adhuc querere, quo materia sit hæc.

Præterea, sicut probatur ex multis locis 7. Metaph. cap. de partibus distinctionis, materia est de essentia substantiae composite, pura nomini, & non est talis compositum precisi essentia forme: ergo si illud compositum non potest esse de se hæc, ex prima quia ita nec materia, que est pars eius est de se hæc: quia non potest esse compositum commune, & ejusdem rationis in diversis, quin quodlibet, quod est de essentia suis, possit esse ejusdem rationis cum eis.

Præterea, per rationem, materia est eadem in generato (c), & corrupto: ergo habet eandem singularitatem in genito, & corporo. Et si respondas, quod non sit ejusdem speciei in genito, & corrupto. Arguo sicut prius contra quantitatem interminatam, & ita crit generatio circularis. Primo igitur ex aqua, secundo aqua ex igne, aqua primo corrupta, & aqua secundo genita, habent eandem materiam, & sunt ejusdem speciei: ergo sunt realiter hæc aqua; igitur prius reddit naturaliter idem numero, quod est contra eos. Quia vero solutio auctoritatem Philopha ad oppositum requirit solutionem sextæ questionis; ideo juxta hoc querio ulterius.

Q U E S T I O N E S E X T A .

Utrum substantia materialis sit individua per aliquam entitatem positivam per se determinantem naturam ad singularitatem.

Quod non, quia tunc illud determinans ad illam naturam, habet se ut actus ad potentiam: ergo ex natura specifica, & illo determinante est vere, & proprie compositum unum, quod est in-

con-

a Tex.35. b Tex.27. c Vide t. com.34. & 8. Met.1.9.

conveniens. Nam illud determinans, aut esset materia, aut forma, aut compositum ex eis, quocunque detur, est inconveniens: quia tunc in composito est alia materia ab illa forma quæ ponitur pars naturæ, vel aliud compositum, quam compositum naturæ. Item, tunc singularis compositum ex natura, & illo per se determinante, esset per se unum: ergo per se intelligibile, quod videatur contra Philosophum (a) 3. de Anima, & 7. Metaph. ubi videtur aperte velle, quod intellectio est universalis, & sensus, vel sensatio singularis.

Præterea, si esset per se intelligibile, possit de ipso esse demonstratio, & scientia, & de singularibus esset scientia propria, in quantum singularia, quod negat Philopha 7. Metaph. cap. de partibus distinctionis. (b) Item si includeret naturam specificam, & illud per se determinans, possit per se diffiniri per ista duo inclusa in ratione sua: & ita est alia diffinitorum individui, & alia speciei, tandem addens super diffinitionem speciei, sicut diffinitorum speciei addit super diffinitionem genericæ. Oppositum, omne inferiorum includit in se aliquid, quod non includit in intellectu superioris; aliquoquin, conceptus inferioris esset aequalis communis, sicut conceptus superioris, & tunc per se inferioris, non esset per se inferioris, quia non sub-esset communis, & superioris: ergo aliquid per se includit in ratione individui, quod non includit in ratione naturæ: illud autem includitum est entitas positiva ex solutione secundæ quæstæ facit unum per se cum natura ex solutione quartæ quæstæ. ergo est per se determinans illam naturam ad singularitatem, sive ad rationem illius inferioris.

Hic dicunt quod natura specifica de se est hæc, (c) & tamen per quantitatem potest esse natura communis in pluribus singularibus, five quantitas potest esse ratio, quare plura singularia possunt esse sub natura. Primum si declaratur, species specialissima de se est atoma: ergo, & individuolis. Et hoc conformatum per illud Por. (d) descenditibus nostris per divisionem a generalissimis ad specialissimam, subet Plato quiesceret: sed si possit illa esset divisionem esse ultioriter huius naturæ, non esset quiescendum in illa natura: ergo, &c. Præterea, Boetius lib. Divi, enumerans omnes divisiones, non tantum per se, sed etiam per accidens non enumerat divisionem speciei in individuis; ergo natura specifica non est hæc per aliquid aliud. Item, si aliqua realitas esset in individuo præter foliæ realitatem specifica naturæ; species non dicaret totum esse individuum, quod est contra Porphyri. Secundum declaratur, quia litteræ quantitas non fit formalis ratio divisionis aliquius in partes subjectivas; tamen quando totum quantitative dividitur in partes quantitativas, natura dividitur per se in illa, que sunt ejusdem rationis: hoc autem conve-

a Tex.27. Tex.35.

b T. Posterior. &c. 40. & 2. Posterior. ad fin.

c Op. G. 6.

d Quod. C. q. 16. T. quod. 7. q. 5. c. de specie.

nit ei per quantitatem; idem autem est principium divisionis in aliqua, & principium distinctionis illorum dividendum: ergo hunc ipsa quantitas est principium divisionis, ita ut principium distinctionis illorum dividendum, sed illae sunt partes subiectivae naturae communis; ergo quantitas est principium distinctionis talium partium. Qualiter autem ista duo membra possint stare simul, patet per exemplum, quia secundum Philosopham, *i. Physic.* (a) substantia de se est indivisibilis, loquendo de partibus ejusdem rationis, & tamen adveniente quantitate est partibile in partes tales: immo tunc habet tales partes: ita ergo potest natura speciei esse de se hoc, & tamen per quantitatem advenientem sibi extrinsecus esse hoc, & hoc, & illa, &c.

Ista positio videtur posse habere duplum intellectum: unum, quod substantia materialis inquantum distinguuntur essentialemente a quantitate, maneat eadem omnino, non distincta secundum rationem sui propriae, & essentialem entitatis: & tamen recipiat multas quantitates, & recipiendo eas cum eis constitutus multa singularia, hoc est dicere planis verbis, quod eadem substantia materialis in se non divisa, nec distincta, informatur multis quantitatibus: & ex hoc sive multa individua sub specie.

Alio modo potest intelligi, quod ista substantia materialis, que de se est situs haec circumscripsit omni quantitate, postea quantitate informante, erit hoc, & hec ita quod non tantum recipiat quantitates distinctas, sed ipsa habet distinctionem in se invenire sua substantiam; ita quod ista substantia, quae subiectivus illi quantitatis, & distinguuntur ab ea essentialemente, non est illa, quae subtilis ali quantitatis, & distinguuntur ab ea essentialemente: licet tamen istud, felice et quod hoc non sit illa, non posse esse sine quantitate in hac, & in illa. Primus intellectus videtur impossibili, quia ex eo sequuntur inconvenientia in Theologia, Metaphysica, & Scientia naturali. In Theologia, feliciter, quod non sit proprium essentiae divinae, esse hanc, sic quod ipsa existens una in se indistincta, possit esse in pluribus suppositis distincta, quod tamen non intelligitur communiter, nisi de personis tantum relative distinguitur, hic autem ponetur, quod una natura substantialis, nullo modo in se distincta, habetur pluta supra sita re absoluta distincta. Secundo sequitur, quod non possit aliqua substantia panis, & vini transubstantiantur in corpus, & sanguinem, nisi tota substantia vini transubstantiantur: quia vimum non transubstantiantur, nisi secundum substantiam suam: nam quantitas mutat eadem, & per se substantiam, est enim in hoc vino, est eadem illi, que est in illo vino; idem autem non est transubstantiatum, & non transubstantiatum: ergo, &c. In Metaphysica sequuntur inconvenientia. Primum, quia ponetur idea Platonis, vel plenum idea, quam posuit Plato. Plato enim posuit idem est naturam per se existentem, separatam sine accidentibus, sicut sibi imponit a Philosopho, in qua

qua esset tota natura speciei, que secundum quod imposuit sibi Aristotel. (a) dicitur quodlibet individuo predicatione formalis, dicente hoc est hoc, hoc autem op non, dicit hanc substantiam dici de quolibet hujus speciei, predicatione dicente hoc est hoc & tamen esse hoc accidens, & illo, hoc ergo opinio ponit tantam communitatem, quamzam posuit Plato in ideis. Secunda, quia per istos, duo accidentia ejusdem speciei nos possunt esse in eodem subiecto, si inveni accidentia absolute: quia secundum eos, sepiusque contradictione manifesta, quod feliciter id est in actu, & in potentia secundum idem, & oppositum autem sequitur ex isto, quia eadem natura esse in actu secundum multos actus ejusdem speciei. Et iuxta hoc potest inferri impossibile ad Mathematicam, inquantum pertinet ad considerationem Mathematicae, feliciter, quod due quantitates diminutae ejusdem rationis simul idem percerent subiectum: quod est contra propriam rationem, quantitatum diminuendarum ejusdem rationis, loquendo secundum intentionem Mathematicae. Tertio in scientia naturali, sequuntur duo inconvenientia. Primum, quod nulla substantia naturalis potest generari, & corrupti, non quidem generari, quia si hic lapis est, erit in eo omnis substantia, qui potest illi in lapide quoconque: potest tamen hinc substantia lapidis acquisiti tanta quantitas, & tanta, & non in natura illa: acquisito autem nova quantitas, non est generatio (pater ex terminis generationis) ergo, &c. Similiter hoc lapidem manente (b), manet natura lapidis specifica in illo: omnis autem natura lapidis est illa natura: ergo manente illa natura, manet omnis natura, & sic nulla corrupti, manente illo lapide, licet quantitas, vel qualitas non sit eadem: sed de qualibet substantia naturali (c). Secundo sequitur, quod licet secundum fictionem illius malodicti Averroë de unitate intellectus omnibus hominibus, possit sic fungi de corporibus tuo, & meo, sive de lapidibus illo, & illo, tamen non tantum secundum fidem, sed secundum Philosopham in veram scientiam tenendo aliam, & aliam animum intellectivum, ponit prius natura humana esse de se aeterna & tamen alta, & alia per quantitatem: quia in illo, & in illo homine est alia, & alia forma substantialis praecedens naturaliter quantitatibus. Ita ideo ad istam instantiam tanguum infolabilem non nituntur ipsi repugnare, & ideo transirent se ad alia homogenea, lapidem, vel aquam: & tamen si habereat aliquid pro se ex ratione naturae specificae aromas, ita concederet de nomine hunc de lapide: possunt igitur videre, quod nulla sunt principia, ex quibus procedunt, cum ex eis sequantur minima impossibilitas. Secundus intellectus videtur deliquerit seipsum: quia illud quod est de hoc (illo modo quo expozitum est prius aliquid est de se hoc) est de se, cui repugnat per se dividiri in plures partes subiectivas: cui etiam repugnat de le eis non hoc, tale per nihil advenire, potest dividiri in plures partes, quia sibi ex se repugnat dividiri, sibi repugnat ex se aliquid recipere, per quod fieri non hoc. Dicete ex-

go

go naturam esse de se hanc, secundum intellectum praesumptum de natura, que de se est haec: & tamen ipsam posse esse hanc, & illam, quocumque alio adveniente, est dicere contraria tota. Et hoc patet in exemplo positio in illa positione, quia licet substantia materialis non sit ex se divisa in partes ejusdem rationis: tamen ipsa non est de se indivisibilis in partes tales; quia si esset de se indivisibilis, hoc est repugnaret ei divisio, non poterit recipere quantitatem, quia formaliter dividitur in tales partes: quod patet; nam anima que de se est indivisibilis, hoc modo, non potest recipere quantitatem licet nec partes: videtur ergo deceptio in consequentiā hac: *non est de se tales, ergo est de se non rati*, & fallacia consequentiā, vete enim sufficiat secundum aliquam positionem, non est habere de se partes ejusdem rationis: & tamen non est de se non habens tales partes ejusdem rationis, ita quod repugnat sibi haberere partes; quia tunc non posset recipere formaliter per aliquod sibi advententes tales partes; & ita natura speciei specialissime non est de se haec, sicut nec aliquod dividibile ex natura sua est de se hoc, ita quod repugnat sibi de se dividiri in partes: quia tunc non potest recipere aliquod, per quod formaliter competit sibi talis divisio. Confirmatur ratio per rationem 3. art. 1. q. 3. art. 3. 5. litor.

Ad questionem ergo respondeo, quod sic. Ad quod sic arguo, sicut unitas in communī, per se consequitur entitatem in communī, ita quocumque unitas per se consequitur aliquam entitatem, & ergo unitas simpliciter, qualis est unitas individui, sive prius descripta, scilicet cui repugnat divisio in plures partes subjectivas, & cui repugnat non esse hoc agnatum, si est in entitate, sicut omnis opinio supponit, consequitur per se aliquam entitatem: non autem consequitur per se entitatem naturae, quia illius est aliqua unitas propria, & per se realis, sicut probatum est in solutione 1. quod igitur consequitur aliquam entitatem alias determinantem istam & illa facit unum per se eam entitatem naturae, quia totum, cuius est haec unitas, perfectum est de se. Item (a), omnis differentia differentiatione reducitur ad aliquam primo diversitatem, alioquin non esset status in differentiationib; sed individua proprie differenti, quia sunt diversa aliquid idem entia; ergo eorum differentia reducuntur ad aliquam primo diversitatem: ita primo diversa non sunt natura in illo, & natura in illo: quia non est idem quo aliqua convenientia maliter, & quo differunt realiter, licet idem possit esse distinctionem realiter, & convenientem totum dixerit. Multum enim reiecte est distinctionem, & est quod primo distinguuntur, ergo sic erit de unitate; & igitur praeceps naturam in hoc, & in illo, sunt aliquia primo diversa, quibus hoc, & illud differunt, illud in illo, & hoc in illo: ita non possunt esse negationes, ex 2. q. nec alijsa accidentia, ex 4. q. ergo erunt aliquae unitates positive per se determinantes naturam. Contra primam rationem objectum, quia si est aliqua unitas as realis minor unitate numerali, aut est aliquis in eodem uno numerali, aut in aliquo alio non in eodem numero, quia quicquid est in eodem numero, est unum nu-

mero:

mero: nec est in duobus, quia in eis nihil est unum numero realiter; quia hoc est proprium supponiti in divinis, hinc exppositum est dictum Damasci, supra. Respondeo secundum dictum eis in solutione 1. q. de hac materia, quod natura est prius naturaliter, quam haec natura, & unitas propria consequens naturam; ut natura, prior est naturaliter unitate eius, ut haec natura: & sub ita ratione, est de ea consideratio Metaphysica, & assignatur dictio eius: Scilicet propositiones per se primo modo: in eodem ergo, quod est idem numero, est aliqua entitas, quam consequitur minor unitas, quam sit unitas numeralis: & est realis, & illud cuius est unitas talis formaliter, non est de se unum unitate numerali. Concedo ergo, quod unitas realis, non est alterius entitatis existentis in duobus individuali, sed in uno. Et cum obiectis, quicquid est in eodem individuo numero, est idem numero. Respondeo primo in alio simili manu scriptori, quicquid est in una specie, est unum species: color ergo in albedine est unum species; ergo non habet unitatem minorum unitate species; non sequitur: nam sicut alias dictum eis, scribit in libro de attributis (a), solvendo primum dubium. Aliquid potest dicti animatum denominative, ut corpus, vel per se primo, ut homo: & ita superfcies dictum alba denominative superfcies alba dicitur alba per se primo modo, quia subiectum includit prædicatum. Ita dico, quod potentiale, quod contrahitur per actualē, informatur ab illo actuāli, & per hoc informat ab illa unitate consequente illam actualitatem, sive illum actum: & ita est unum unitate propria illius actualis, sed denominative eti si unum, non autem est de se unum, nec primo, nec per partem essentiali, color ergo in albedine est unum species, licet non per se, nec per se, nec primo, sed denominative tantum. Differencia autem specifica est una species. Primo, quia sibi primo repugnat dividi in plura species: albedo est una species per se, sed non primo: quia per aliquid intrinsecum sibi, ut per illam inclivientiam. Ita concedo quod quicquid est in ito lapide, est unum numero, vel primo, vel per se, vel denominative. Primo forte ut illud, per quod unitas talis convenit hinc compposito: per se, ut hic lapis, cuius illud, quod est primo unum hac unitate, est per se pars: denominative tantum, ut illud potentiale, quod pertinet ito actuali, quod quasi denominative trahit actualitatem eius, & unitatem familiariter. Ulretius declarando (b) solutionem istam, qua sit ista unitas, a qua sit unitas ista perfecta, per simile ad entitatem, a qua sumitur differentiatione specifica, potest declarari. Nam differentiatione quidem specifica, sive entitas, a qua sumitur differentiatione specifica, potest comparari ad illud, quod est inita: vel ad illud, quod est supra se: vel ad illud quod est juxta se. Primo modo differentiatione specifica, & illi entitatis specifica, repugnat per se dividiri in plura essentialiter species, vel natura, & per hoc repugnat toti, cuius illa entitas est per se pars. Ita in proposito huic entitatis individuali repugnat primo dividiri in quacunque partes subjectivas, & per ipsam repugnat talis divisio per se toti, cuius illa enti-

entitas est pars³; & tantummodo est differentia in hoc, quia illa unitas naturae specifica minor est ista unitate, & propter hoc, illa non excludit omnem divisionem, quae est secundaria partes subjectivas; sed tantum illam divisionem, quae est partium essentialium; ista autem excludit omnem. Et ex hoc confirmatur satis propositum, quia ex quo quicunque unitas minor unitate ista, habeat entitatem propriam, quan- per se consequitur; non videtur probabile nisi unitati potestimur ne- gare propriam entitatem, quia non consequitur. Comparando autem al- illud, quod est sapta se, dico, quod illa realitas, a qua sumitur differ- rentia specifica, est actualis respectu illius realitatis, a qua sumuntur ge- nera, vel ratio generis, ita quod haec realitas non est formaliter illa; alioquin (a) la distinctione esse negatio, & genus genus sufficiens dissiuit, quia indicaret totam entitatem distincti sine differentia. Quan- doque tamquam illud contineamus illud a forma, a qua sumitur ratio generis, quandoque scilicet species addicere aliquam super naturam ge- nericis; quandoque autem non est res alia, sed tantum alia formalitas, vel aliis conceptus reali ejusdem rei. & secundum hanc aliquam dif- ferentiam specificam, habet conceptum non simpliciter simplicem, puta que sumitur a forma: aliqua habet conceptum simpliciter simplicem, que scilicet sumitur ab ultima abstractione forme, de qua distinctione dif- ferentiarum specierum, dictum est diff. 3. t. lib. (b) qualiter aliquae differentiae species includant eas, & aliquae non. Quidam hoc illi rea- litates individui est similis realitati specifica, quod est quasi actus de- terminans illam realitatem species quasi possibiliter, & potentiale, sed quod hoc distinquit, quia illa nunquam sumitur a forma addita, sed praeclie ab ultima realitate forme. Quidam aliud etiam est distin- que illa realitas specifica constituit compositem, cuius est pars, in eis quididattivo, quia ipsa est entitas quadam quididattiva illa au- tem entitas individui est primo diversa ab omni entitate quididattiva: quod probatur ex hoc, quia intelligendo quoniamque entitatem quididattivam, loquendo de quididattiva entitate limitata, non habe- tur ut quididattive intellecta, unde ipsa sit hec: ergo illa entitas, que de se hec est, est alia entitas a quididattiva, vel ab entitate quididattiva; non potest ergo confunditae totum, cuius est pars, in eis quididattivo, sed in eis alterius rationis. Et quia apud Philosophum, quididattas dicitur (c) forma frequenter, ut patet s. Metaph. cap. de cau- s. & in 7. cap. de partibus distinctionis, quod in quibusunque non est materia, idem est quid quid est, cum eo cuius est, hec exponitur lo- quando de materia, & forma; & materia apud eum vocatur quodili- ber habens quididattam contrahit, & Boet. vult, quod nulla forma posset esse subjectum accidentis, in lib. de Trinitate 5, quia forma di- citur in quid de quicunque alio, & si humanitas sit subiectum, hoc non convenit ei in quantum est forma: humanitas quidem non est tor- ma alterius partis compositi, ut forme, vel materia, sed totius con-

a. Faf. vide in 1. diff. 8. qu. 3. de hoc n. 16.
q. 5. T. diff. 8. q. 1. c. Tex. 2. Tex. 4. 2.

positi, ut forme, vel materia, sed totius compositi, habens quididattam contractam, fave in que est quididattas contracta. Ideo omnis realitas constituit in eis formaliter in eis quididattivo, & realitas individui constituit præclie in eis materiali, hoc est in eis contracto, & ex hoc sequitur illa distinctione Logicales, quod illa entitas essentialiter est formalis, & illa materialis, quia illa constituit in ratione subjaci- bilis, & illa in ratione praedicabilis præclie, praedicatum autem formale habet rationem forme, & subjicibile habet rationem materię.

Comparando vero ad illud, quod est juxta se, scilicet differentiam specificam, licet quandoque posset esse non prima diversa ab alia, si- eur est illa entitas, que sumitur a forma: tamen ultima differentia spe- cifica est primo diversa ab alia, illa scilicet, que habet conceptum simpliciter simplicem, & quoad hoc, dico, quod differentia individualis assimilatur differentia specifica ultime sumptu, quia omnis en- titas individualis (a) est primo diversa a quicunque alio. Et per hoc apparet responsio ad Islam objecionem. Objicitur enim, ut haec entitas, & illa sunt ejusdem rationis, aut non: si sic, ergo potest ab eis aliqua entitas specifica abstrahi: &c de illa querendum est per quid con- trahitur ad hanc entitatem, & illam. Si de se pati ratione potuit esse facta in natura lapidis: & per aliud, igitur est processus in infinitum: si autem alterius rationis, igitur & constituta erint alterius rationis, & sic non erunt individua ejusdem speciei. Respondeo, differentie specifica ultima, sunt primo diversa: & ideo ab eis nihil unum per se commune potest abstrahi. Non tamen propter hoc requiritur, quod constituta sint primo diversa, & non aliquis unius rationis. Aliqua enim aequaliter distinguuntur, potest intelligi dupliciter: vel quia aequaliter incompossibilia, scilicet quia non possunt inesse eidem: vel quia aquali- ter in nullo convenient. Et primo modo verum est, quod distincta sunt aque diversa sicut ipsa distinguuntur, non enim possunt distinguuntur esse incompossibilia, & tamen distincta sunt incompossibilia. Se- cundo modo universaliter est impossibile, quia distincta non solum includent distinctionem: sed etiam aliciquid, quod est qualiter potest distinguentur: & tamen distinguuntur in eo non convenient. Et tunc respondeo est de differentiis primo diversis, ita respondeo de enti- tatis individualibus, qui sunt primo diversi, id est, in nullo eodem numero convenientia: & tamen non oportet distincta simpliciter esse diversa, sicut tamen illa entitates sunt incompossibilia, ita etiam individua habentia illas entitatem.

Et si quereras quæ est illa entitas individualis, a qua sumitur differ- rentia individualis? Estis materia, vel forma, vel compositum? Respondeo, omnis entitas quididattiva fave partialis, fave totalis aliorum generis, est de se indistincta, ut entitas quididattiva, ad hanc entitatem, & illam; ita quod ut entitas quididattiva est naturaliter prior illa entitate, ut est hec: & ut prius est natura- liter, sicut non convenit sibi esse hanc, ita non repugnat sibi ex Tom. II.

ratione sua suum oppositum : & sic ut compositum non includit suam entitatem ; qua est hæc , inquantum natura , ita nec materia , nec forma inquantum natura , includit suam ; ergo illa entitas non est materia , vel forma , nec compositum , inquantum quodlibet sibi in est natura , sed est ultima realitas entis ; quod illa materia , vel quod est forma , vel quod est compositum : ita quod quodlibet commune , & tamen determinabile , adhuc potest distinguiri , quantumcumque sit una res , in pures realitates formaliter distinctas , quarum haec formaliter non est illa : sed haec est formaliter entitas singularis : & illa est entitas naturæ formaliter , nec possum ista duæ realitates esse res & res , sicut passiones esse realitas , unde accipitur genus , & realitas unde accipitur differentia , ex quibus rebus specifca accipitur : sed semper in eodem sive parte , sive toto , sunt realitates & ejusdem rei formaliter distinctæ . Et per hoc patet ad argumentum primum principale , quod concludit , quod omnis individuum , in quo natura est contingibilis , & compositivus illa natura . Dico , quod compositio potest intelligi proprie prout est ex re aequali , & re potentiali , vel minus proprie , prout est ex realitate , & realitate aequali , & potentiali in eadem re . Primo modo non est individuum compotius respectu naturæ specificæ , quia nullam rem addit , quia nec materiam , nec formam , nec compositum , sicut procedit argumentum . Secundo modo est necessario compositum , quia illa realitas , a qua accipitur differentia specifica , potentialis est respectu hujus realitatis , a qua accipitur differentia individualis , sicut si essent res , & res non enim realitas specifica ex se habet unde per identitatem includat realitatem individualium : sed tantum aliquod tertium includit ambo illa per identitatem . Et haec est talis compositio qualis non potest stare cum simplicitate divina : illa enim non tantum non competit compositionem rei , & rei actualis , & potentialis ; sed nec realitatis actualis , cum realitate potentiali . Comparando enim quodcumque essentiale ad quodcumque essentiale in divinis est formaliter infinitum : & ideo ex se habet unde per identitatem includat quodcumque , quod potest secum esse , sicut sequenter tacitum est supra (b) in lib. I. q. de attributis , solvendo articulum principalem primum : quia non sunt praecise illa extrema eadem perfecte : quia aliquod tertium incoludit utrumque periculum , sed in proposito , nec entitas specifica includit per identitatem , enitatis individualem , nec & converso : sed aliquod tertium tantum (cuius ista ambo quasi sunt primo per se partes) includit ambo illa per identitatem : & ita tollitur illa compotio perfosilimæ , que est ex re , & re , non tamen omnis . Universaliter enim quacunque natura non est de haec ; sed determinabilis ad essendum haec , sive determinante per aliam rem , quod est impossibile in quocumque ; sive per aliam realitatem , non est simpliciter simplex .

Ad secundum contendo , quos singulare est (a) per se intellectibile & quantum est ex parte sui , si autem alicui intellectui non sit per se intelligibile , puta nostro , de hoc alias ; saltem non est incompossibilitas ex parte singularis ; quia per se posse intelligi ; sicut nec ex parte Souis est impossibilitas videndi , vel visionis in oculis , sed ex parte oculi . Ad illud de distinctione dico , quod est aliqua ratio posse exprimere quidquid concutit ad entitatem individui , non tamen illa ratio ex ea perfecta distinctio , quia non exprimit quod quid erat esse : & secundum Philosophum primo Topic. Disquisito est exprimuntur , &c. & idem concedo , quod singulare non est distinctibile , distinctione alia ex distinctione speciei : & tamen est per se ens addens aliquam entitatem entitati speciei : sed illa per se entitas quam addit , non est entitas quidditativa . Per hoc patet ad aliam de scientia , & demonstratione , (b) quia distinctio subjecti est medium in demonstratione porosissima : singulare autem non habet distinctionem propriam , sed tantum distinctionem speciei , & ita non est de ipso demonstratio propria , sed tantum demonstratio , quae est de specie , non omnia habet aliquam passionem propriam , sed tantum passionem speciei . Ad argumentum pro opinioni , cum primo dicatur , quod species est atoma , dico , quod est atoma , hoc est individualis in plures species ; non est tamen pure atoma , hoc est simpliciter individualis , indivisibilis entia in plures species , copiatim locum divisibilis etiam in plura existens speciei . Et cum probaret individualitas per illud Porphyrii , quod jubet Plato quiescere . & Dicō , quod diviso artificialiter statum habet ad species specialissimam , quia iterum procedens est in infinito , que sunt relinquentia ab artis ; secundum ipsum , non est enim ex parte individualium , unde sit ex ratione numerus certus , sed possunt esse infiniti , non repugnante ratione eorum , & si accipiatur divisio stricta , prout est in illis , quod requirit determinatas partes in multitudine , & magnitudine , hoc modo species non dividatur in individua ; genus autem requirit determinatas multitudinem specierum , quia secundum Boetium genus primo divisibile est in duo : quantum autem separari determinata est magnitudinem , & ista supponit determinatam multitudinem ; quia sunt in toto duo medietates , & si stricte accipiatur divisio , prout est in partes proportionem habentes ad totum , que vel continent , vel sub eo continentur in determinata multitudine , vel magnitudine , species per se non dividitur in individua . Et per hoc potest exponi tam Plato , quam Porphy . si autem accipiatur divisio communiter , prout est in quocumque participatione naturam divisibile habent talem proportionem ad totum in integrando , sive in fabricando , sive non species per se dividitur in individua , & reducitur illa divisio ad genus apud Boet . quia illæ conditions . & proprietates , quas assignat Boet , in divisione generis , convenienter habe divisionem ,

que est specie in individu. Ad aliud, species dicit totum esse, &c. dico, quod ibi esse accipitur pro esse quidditativa, sicut Por. loquitur in cap. de Differentia, ubi vult, quod differentia per se non re-cepit magis, neque minus, & probat ibi. *esse enim unicuique unum idem est, nec intentionem, nec remissione salscipient.* Accipit esse pro quidditate sicut Philosophus. 8. Metaph. anima, & animo esse sunt idem, & quia illa entitas, quam addit singulariter super speciem, non est entitas quidditativa, ideo dico, quod tota quidditas qua est in individuo, est entitas speciei, & ita species dicit totum esse individuorum; non sic autem genus dicit totum esse speciei; quia species superaddit entitatem quidditativam. Ad argumentum pro alio membro de quantitate, dico, quod illa proportionis est falsa, idem est principium divisibilitatis, & distinctionis dividendum. Conceptus quidem quidditativus secundum se communis species, est ratio divisibilitatis eius in species: sed non est ratio distinguendi species ab invicem: sed species una ab alia distinguuntur per differentiam, in quantitativa autem divisione tota quantitas, ut confite continet omnes partes, est ratio divisibilitatis in toto quanto, non sic autem est ratio distinctionis partium ad invicem, sed hae quantum in quantum distinctas in actu, non est illa in actu, que est in toto. Quod etiam deducitur ultra, quod diviso toto quanto homogeneo, habetur per quantitatem divisio: Si ita; tamen illa divisio non est prima divisio individuorum, sed haec substantia, & illa, habent divisionem ab invicem, & distinctionem, inquantum haec, & haec, priorem naturaliter distinctionem inquantum erant partes distincti quanti, per accidentem: accidebat enim eis esse partes: tamen facta divisione secundum partes quantitativas, per accidentem sit divisio secundum partes subjectivas.

Ad questionem quintam precedentem de materia, patet solutio per argumenta contra opin. concedo enim, quod materia absit, ut natura, non est ratio distinctionis nec individuationis. Quidquid enim est natura in quoconque genere totalis, vel partialis, non est de se hoc: & ideo inveniendum est, per quid sit hoc. Ad authoritatem Arist. 5. Metaph. *unum namque, &c.* respondeo, quod ibi accipit materialis pro illa entitate individuali, que constituit in esse materiali, non autem in esse formali, prout quidditas dicit formalis: quia illa entitas non est quidditativa: & illa expositio patet per illud, quod subdit, *Specie unum, quorum ratio est una, &c.* ratio enim ibi sumitur pro quidditate, que dicitur forma respectum esse individualis. Per idem part est illud de celo, & hoc tolo, quod confirmat propositionem. Per idem ad aliud, 2. Metaphys. quod concesso, quod non possunt esse plures motores primi, quia in primo motore non est materia, hoc est, non est in eo aliquis contrahens ut materia, vel aliquid aliud, sed est de se hoc sine alio contrahens: quam talis contracio non stat cum pericula simpliciter, & ideo quidam Dei est de se hac.

Ad illud, 7. Metaphysic. in eis, qua sunt sine materia, quod quid

quid est rei, est idem cum eo, cuius est (a): Dico, quod quid est, potest comparari ad illud, cuius est per se, & primo: & ad illud, cuius est per se, & non primus & universaliter eo modo, quo est aliud, cuius, eo modo est idem ibi, quia hec Philosophus arguit 3. cap. 7. (b) *singulum, &c.* & quod quid erat esse dicitur singuli substantia: si enim illud, quod non est eius, nihil est, quod quid autem rei, est illud quo prima res est, & ideo cuius est, quod quid primo ipsum est idem ipsi primo, cuius est per se ipsum, est idem illi per se: cuius est per accidentem: idem est per accidentem, & ideo illi non est simpliciter idem. Unde quod ipse vult in 3. cap. quod in dictis per accidentem non est idem, quod quid est cum eo cuius est. Non mirum, quia in secundo cap. declaravit, quod nihil eorum est quod quid est, nec distinctio: habens autem quod quid est, potest intellegi, vel ipsa natura, cuius est primo quod quid est, vel impossibilitatem nature, cuius est quod quid est per se, licet non primo. Primo modo quod quid est tam in materialibus, quam in immaterialibus, est idem cum eo cuius est, etiam primo: quia primo habet quod quid est. Secundo modo habens non est idem ipsi, quod quid est primo: quia quod quid est, non est eis primo, pro eo quod habens illud includit entitatem aliquam extra rationem eorum, quod est quod quid est primo. Ad propositum ergo Philosophi dico, quod in non constitutis cum materia (hoc est cum non entita & individuali contrahente quidditatem) idem est quod quid est primo, cum eo cuius est, quia tale cuius est, nullam rationem includit extra rationem eis quod est primo, quod quid est: in constitutis autem cum materia (hoc est cum entitate individuali contrahente quidditatē) non est idem primo quod quid est (c), cum eo, cuius est: quia sic accipitur primo non habet, quod quid est ex se, sed tantum per partem, scilicet per naturam, que contrahitur, scilicet per illam entitatem individualem. Non igitur ex illo habetur, quod materia, que est altera pars compositi, sic extra rationem per se quidditatis: ipso vere pertinet ad quidditatem, & species habens formam in universalis habet primo quod quid est, & primo est idem ibi, & ideo non sequitur quod materia, que est altera pars compositi sit individualis, sed cancum sequitur de materia, que est entitas contrahens, quod concepit. Utrum autem careat a materia, que est altera pars, inferat careantem hujus entitatis individualis secundum Philosophum; de hoc in quaest. sequent. Ad illud Aristotel. quod generans generat aliud proper materiam: dico, quod intentio Philosophi est illi, quod idem non sunt necessaria ad generationem: quia tamen distinctione significat a genito, quam assimilatio geniti cum generante (que duo requiruntur ad generationem univocam) possunt haberi: his enim agens enim particulae ex forma sua habet unde assimilat sibi passionem, & generans genitum: & ex materia habet, quod sit distinctum a genito, non principaliter: licet tamen sequatur, ne distinguitur a genito,

M 3 cefla-

collatio, quod distinguunt per materiam & genitum, quia materiam non suam, sed aliam perficit per formam remanente generacionem: *sua unam* materia *non* perfecta est forma, & ex hoc, quod aliquat per formam, perficit aliam materiam, quam suam: & ita sua alia est ab illa, quae peccatum forma est: cuiuscuque autem est aliud materia, ex quo materia est pars essentiales eius, ipsum est aliud ab eo. Dico tunc, quod assumptionis, vel similitudinis principialis ratio est ipsa forma inter generes, & genitum, & hoc non secundum unitatem, vel identitatem individuum inquantum forma hæc, sed secundum unitatem, vel identitatem illam numerorum, inquantum forma est, & secundum hoc, est ratio dignitatis. Forma autem est principialis ratio distinctionis, quam materia: quia sicut forma est illud principialis quo compositum est, quam materia: ita est principialis, quo compositum est unum, & per consequens in se indistinctum, & ab aliis distinctum: appropriate tamen, distinguendo & estimando in contra dilinitione, iocna est affinitatis, (a) quod non materialis, quia non est qualitas substantialis: vel accidentalis: materia autem est distinctione appropriate loquendo, quia necessario ex hoc, quod est forma, distinguatur ab illa materia, quia probabet formam, & ita compositum a composite. Potest etiam alio modo compositum intelligi aliud propter materiam, sicut propter causam aliquotatis praesertim. Forma enim geniti, licet sit causa alienatis in composite, principalior, quam materia, non tamen est causa praesertim hujus alienatis, sed materia, & hoc quia ipsa praesertim privata, & ideo non potest esse eadem cum materia informata.

QUESTIO SEPTIMA.

Uirum plures Angeli possunt esse in eadem specie?

Quod non, quia Philosoph. 7. (b) Met. cap. de partibus diffinit. dicit quod illa his, que sunt sine materia, idem est, quod quid est, & illud cuius est, igitur cum Angelus sit sine materia, quod quid est, est illud eius est, ergo impossibile est Angelum distinguere ab Angelo, nisi quid est eius distinguatur a quod quid est alterius: ergo non potest esse distinctione individuum in Angelis, sicut enim eadem quid est. Præterea, Avicen. 9. Metaph. ponit ordinem Intelligientiarum, ubi videtur velle, quod Intelligenzia inferior prædictior a superiori quasi ipsam creante, illa causalitas non est in aliquo respectu alterius ejusdem speciei. Præterea, arguo per rationem. Omnis differentia formalis est differentia specifica, Angelus autem cum sint plures, & forme differunt aliqua differentia formalis est.

a Averr. de Ani. c. 2. q. 7.
b Tex. 30. q. 11. q. 43.

li: ergo specifica. Probatio major. sumitur ex 8. Metaphysica (a), ubi formæ comparantur numeris, in quibus quodcumque additum, vel subtractum variat species, ita formæ: igitur, &c. Item 10. Metaphysica (b) *Mæculus*, & *famina* non differunt species: quia *mæculinus*, & *faminculus* sunt differentia materialis formæ humanitatis, ex hoc innatos quod differentia formales omnes distinguunt species: quia formæ, & species idem sunt. Præterea, omnis forma separata a materia in se habet totam perfectionem speciei illius: ergo si ponatur aliqua talis forma in specie, ut forma huius Angeli, & illius, illa erit illa, & illa erit illa, quia utrumque Angelus est forma separata a materia: & per consequens qualiter habet perfectionem totius speciei. Probatio antecedens, quia quod forma non habet totam efficiatiam speciei, hoc est, qui participat eam: non autem habet efficiatiam formæ per participationem, nisi ut sit in materia: igitur, &c. Præterea, in entibus perfectis nihil est, quod non intendatur a natura, sed pluralitas numeralis non patet se intendere a natura: quia differentia numeralis, quantum est ex se, potest intendi in infinito: infinitas autem non intenditur per se ab aliquo agente, quia autem sicut in Angelis, tanquam in perfectissimis entibus universi, sunt per se intenta: ergo non est in eis differentia numeralis, sed totum specia, in qua prima pars per se pulchritudo universi. Præterea 2. de *Anima* (c), videatur haberi, quod multitudine individualium non est nisi propter salvationem speciei, sed in incorrigibilibus salvavice sufficienter natura in uno individuo: ergo, &c. Confirmatur, ex primo C. el. & mun. quia in corporibus super celestibus (d) non est nisi unum individuum unius speciei, scilicet unus Sol, & una Luna: ergo, &c. Oppositorum arguitur per Damasc. in Elementatio cap. 12. secundum unamquamque species fecit Deus Angelos.

Qui dicunt ad questiones precedentes de individuatione, principiis individuationis, est quantitatam, vel materialiam (a), dicunt conquequerent ad illam quæ sitionem negative: scilicet quod non possunt esse plures Angeli in eadem specie, quia non potest in Angelis ratio propria talis differentiationis inventari, & habent dicere, quod non tantum hoc est impossibile ex proprietate intrinseca, sed etiam ex proprietate extrinseca; quia simpliciter est incompatibile: ita quod nullo modo natura isti potest competere distinctione individualis, ex quo sit repugnat illud, quod prædicti potest esse principium talis distinctionis: sicut impossibile est ut sub animali esse plures species, si repugnaret animali alia, & alia actualitas, per quas species distinguuntur. Fundamenta autem istius opinionis, in aliis questionibus precedentibus dicta sunt. Tenenda est ergo conclusio simpliciter opposita, quod scilicet simpliciter possibile est plures Ang. los esse in

a Tex. 10. b Tex. 25. c Tex. 34. q. 35.
d Tex. 92. q. 1nd. e Reg. quodd. L. quest. 7. Goff. 3^o
f I. 2. d. 3. q. 4.